

ELEGIA PRIMA

(2) ET TENEAT CULTI IUGERA MAGNA SOLI] In veteribus libris pro *Magna, Multa*, legebatur. quae lectio eo esse probabilior videtur, quod eo modo multi omnino, iique optimi scriptores locuti sunt. Idem enim in II elegia. III. <TIB. 2, 3, 46¹>

Vt multo innumeram iugere pascat ovem.

aut, ut paullo etiam melius est in veteri libro,

Vt multa innumera iugera pascat ove.

Et in. III. <TIB. 3, 3, 5>

Aut ut multa mei renovarent iugera tauri.

Ovid. in. IIII. de Ponto <OV. Pont. 4, 9, 86>

Et teneat glacies iugera multa freti.

Cicero similiter in. V². in Ver. libro <CIC. Verr. 3, 2, 120>

Nec id solum actum est, ut hi minus multis iugis arent.

Et *Pauca iugera*, non *Parva* dici fere solent ab Horat. in III. Ode XVI. <HOR. carm. 3, 16, 29-30>

***<...> -silvaeque iugerum
Paucorum- <...>***

a Vergilio in. IIII. Georg. <VERG. georg. 4, 127-128>

***<...> -cui pauca relict
Iugera ruris erant- <...>***

ab Ovidio, <OV. am. 3, 15, 12>

Maenia, quae campi iugera multa³ tenent.

¹ En ediciones actuales v. 42.

² Estaço dice V, en ediciones modernas, libro III.

³ Parece que Estaço se ha equivocado, y ha puesto *multa*, en lugar de *pauca* que es lo que realmente aparece en la cita de Ovidio en ediciones actuales.

Atque in. III. Fast. <OV. fast. 3, 192>

Iugeraque inculti pauca tenere soli.

A Martiali in. I. <MART. 1, 116, 1-2>

*Hoc nemus aeterno cinerum sacravit honore,
Frenius, et culti iugera pauca soli.*

Graeci sic copiosum hominem significant. Basil. de capienda e paganorum scriptis utilitate <Basileus Theol. De legendis gentilium libris, 9, 115-117>

<...> **Hmis delara ejmhltalpuqibu-**
tou=musou=proseih tal anta kailpl egra ghj tosa
kail tosa <...>.

(3) QUEM LABOR ADSIDUUS VICINO TERREAT HOSTE] Huius, inquit, sint amplae possessiones, qui militiam tolerat. post victoriam enim militibus agri hostiles dividi solebant, ut et veteranis in Coloniam deductis quantum ad alendum esset satis agri dabatur. "Terreri autem vicino hoste, sub ipsumque conflictum, etiam fortissimi viri solent". auctor in problematis Aristoteles.

(4) MARTIA CUI SOMNOS CLASSICA PULSA FUGENT] In eandem sententiam Horat. in. V. <HOR. epod. 2, 5>

Nec excitatur classico miles truci.

Ea vero nocturna etiam fuisse signa, Silii Italici verba in. VIII. <SIL. 9, 7> demonstrant illa,

<...> *Nocturnaque classica velle.*

Sed apud Stobaeum cum multa similia Bacchilidis et huic apta loco, atque sententiae, tum illud maxime <Stob. 4, 14, 3, 13-16>

<...> **-xal kevn D' ouketi sal piiggwn ktupoj**
oujelsil atai mel ifrwn
ubnoj Apoltwa blefarwn
amoj, of qalkei keär.

(5) ME MEA PAUPERTAS] Et tamen divitem illum fuisse videtur Horatius significare, cum dicit, <HOR. epist. 1, 4, 7>

Di tibi divitias dederant <...>.

Nisi alium potius Albium illum volumus intellegere, de quo alibi etiam dixerit <HOR. sat. 1, 4, 28>

<...> *Stupet Albius aere.*

(6) DUM MEUS ADSIDUO LUCEAT IGNE FOCUS.] Hinc scilicet duxit, quod de Tibullo dixit Statius in. I. Silvar. <STAT. silv. 1, 2, 255>

<...> *Divesque foco lucente Tibullus.*

Alii aliud, ut qui aquam in primis laudat, Tibullus ignem maximi facit, idque praecipuum esse domus ornamentum saepe significat Homerus <Hom. Od. 22, 491>

Pur nna moi prwtiston ehilmegaroisi genesqw.

Atque alibi. <Ps. Hdt. Vit. Hom. 429>

Yiqomehou=delpuroj gerarwteroj oikoj iþesqai.

Martialis in. X. <MART. 10, 47, 4>, *Focum perennem* dicit, *tol aphaon pur*, exprimens. quod *Adsiduum* dicit Tibullus.

Erat autem in veteribus libris pro, *Adsiduo*, *Exiguo*. quod ei, quam tanto opere amplectebatur, tenuitati convenit. Verg. *Ignem exiguum*, dixit in. I. Georg. <VERG. georg. 1, 196>

Et quamvis igni exiguo properata maderent.

Sed si *Adsiduum* malumus, *aphaon* intellegamus. Sin illud malumus, luculentum caminum, quo utendum Trebatio in hibernis Cicero censebat.⁴ <CIC. epist. 7, 10, 2>.

⁴ Reza el texto: <...> *camino luculento utendum censeo <...>*.

(7) IPSE SERAM TENERAS MATURO TEMPORE VITES] Tempestive. Eodem fere modo
Propertius in. III. ad Bacchum <PROP. 3, 17, 15>

Ipse seram vites, pangamque ex ordine colles.

(8) –GRANDIA POMA MANU] exquiri enim solent poma ad serendum, vel odore, vel
magnitudine praestantia.

(10) -ET PLENO PINGUIA MUSTA LACU.] de lacu vini post in. II <TIB. 2, 3, 64> in illud,

Tu quoque devotos Bacche relinque lacus

(11) NAM VENEROR] Veneramur, cum etiam aliquid a Deo precamur. quo sane modo
dictum mi videtur illud a Vergilio in. I. Georg. <VERG. georg. 1, 338>

Inprimis venerare deos <...>.

Et a Iulio Capitolino in Marci Antonini philosophi vita, <CAPITOL. Aur. 6, 8>

***Qui cum Lucillam matrem Marci in viridario venerantem simulacrum Apollinis
vidisset.***

Multa omnino sunt apud Ciceronem eius rei testimonia.

(11) –SEU STIPES HABET] cuiusmodi stipiti Pompeium comparans Lucanus scripsit in. I.
<LVC. 1, 136-143>

***Qualis frugifero quercus sublimis in agro
Exuvias veteres populi, sacrataque gestans
Dona ducum, nec iam validis radicibus haerens,
Pondere fixa suo est, nudosque per aera ramos
Effundens, trunca, non frondibus efficit umbram.
Sed quamvis primo nutet casura sub Euro,
Tot circum silvae firmo se robore tollant,
Sola tamen colitur <...>.***

Ex eodem genere est illud Quintiliani in. X.<QVINT. inst. 10,1, 88>

Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia, et antiqua robora iam non tantam habent speciem, quantam religionem.

(12) SEU VETUS IN TRIVIO FLORIDA SERTA LAPIS] In veteri libro Guidonis Ascanii Sfortiae Cardinalis et Vaticano altero **Florea**, non **Florida** legitur. In eodem tamen libro post <TIB. 1, 2, 14> illo in versu.

<...> **Cum posti florida serta darem.**

nihil est immutatum. Eiusmodi ‘*floreo sarta*’ vulgus Italiae nunc *Festoni* vocat. ab eo scilicet, quod poetae ‘*Festas frondes*’ in hoc genere dicunt. Quod autem in triviis dixit, ‘*Compitalia*’, opinor, ipsa intellexit. qui dies, ut Varro <VARRO ling. 6, 3, 25⁵> auctor est, Laribus sacer erat. Lares vero ipsi, ut Festus <FEST. 260> tradit, amplissimis coronis ornatabantur, quos ornari bis in anno Augustus instituit. auctor Tranquillus (<SVET. Aug. 31⁶>). Eiusmodi lapidem intellegens Propertius dixit, <PROP. 1, 4, 24>

Et quicumque sacer qualis ubique lapis.

Trivia vero ipsa **tribdouj** videtur dixisse Moschus de amore fugitivo <Mosch. *Eros drapeta I*>:

Eιτιj εhil triodoisi pl anwthenon eiJen eJwta.

(13) –NOVUS EDUCAT ANNUS] Aut aliarum gentium rationem secutus **Novum annum** ab autumno incipientem intellexit, aut a novo fructuum proventu, et copia **Novum** dixit. redeuntem scilicet, atque in se sua per vestigia volutum.

(14) LIBATUM AGRICOLAE PONITUR ANTE DEOS] Hoc est, quod Graeci dicunt, **taj apax#j poieisqai**. Sic enim Porphyrius loquitur **peril aþoxhj twa emyukwn**. In veteribus, quos vidi, libris est, **Libatum agricolae ponitur ante deum**. In Angeli Colotii libro fuisse intellego, **Libatum agricolam ponitur ante Deum**. illud non improbandum, hoc videtur esse rectius. nam et *agricolas*, et *ruricolas* dictos ipsos deos demonstrat idem in. II <TIB. 2, 1, 36>

Redditur agricolis gratia caelitibus.

⁵ El texto exacto de la cita es: *Compitalia dies attributus Laribus vialibus <...>*.

⁶ Reza el texto: *Compitales Lares ornari bis anno instituit vernis floribus et aestivis.*

Atque hoc ipso in lib.<TIB. 1, 5, 27>

Ille deo sciet agricolae <...>.

Et Ovid. in. I. Tristium <OV. trist. 1, 10, 26>

Et te ruricola Lampsace tuta deo.

Atque haud satis scio an hi dicti sint etiam Graecis, ***nōhoi qeoīl*** ut non unius Apollinis, aut etiam Iovis nomen id fuerit. Romae enim in Melinorum domo in veteri saxo inscriptum sic erat <IGUR 183>,

***NOMIOIΣ ΘΕΟΙJ
ΙΟΥΑΙΟJ
ΜΑΙΟP
ΑΝΤΟΝΙΝΟJ***

Legi autem possit etiam, ***Agricolae deo.*** quo modo Propertio dictum in IV <PROP. 4, 2, 45-46> videtur illud in fabula Vortumni:

***Nec flos ullus hiat pratis, quin ille decenter
Inpositus fronti langueat ante meae.***

Ponere autem, hoc modo, et *Figere* saepe posuerunt optimi scriptores. Propertius in. II. <PROP. 2, 19, 18>

Suscipere et Veneri ponere vota iuvat.

Iulius item Obsequens in Apii Claudii, et M. Perpernae consulatu,

Sacrificatum tum a Romanis, donaque in templo posita.

Propertius item in. II. <PROP. 2, 14, 25> *Figendi* verbo sic usus dixit,

Magna ego dona tua figam Cytherea columna.

Et Vergilius <VERG. Aen. 9, 408>

Suspendive tholo, aut alta ad fastigia fixi.

Livius in. XXXIII. ab V. C. <LIV. 34, 4, 4>

<...> ***Et ante fixa fictilia deorum inridentes.***

Ante deum autem, non sine ritu ac caerimonia, dixit. Idem enim in. II. <TIB. 2, 1, 54>

Carmen ut ornatos diceret ante deos.

Ponere ante sic quoque dixit Horat. in. II. Ser. <HOR. sat. 2, 3, 92>

Aut positum ante mea, quia pullum in parte catini etc.

(15) FLAVA CERES, TIBI SIT NOSTRO DE RURE CORONA] ***tibi dicetur, consacretur.*** Idem alibi, <TIB. 4, 6, 3⁷>

Tota tibi est hodie. <...>

De nostro vero ***rure*** propterea, opinor, dixit, quod fruges, aliunde per vim raptas, dis offerre nefas erat. cuius rei auctorem adducit Porphyrius. Festus Pompeius <FEST. 266>

Praemetium esse, scribit, ***quod praelibationis caussa ante metitur***⁸.

cuiusmodi corona huius loci e frugum texta primitiis videtur esse. ac propterea legendus ille superior versus ita fortasse sit, ***Libatum agricolae ponitur ante deo.*** ut intellegatur ***ante libatum***, et, ut Festus loquitur, ***praelibatum***.

(17-18) POMOSISQUE RUBER CUSTOS PONATUR IN HORTIS,/ TERREAT UT SAEVA FALCE PRIAPUS AVES.]⁹ Custos Priapus hortorum esse dicitur, itaque vel ex hoc loco emendemus licet Bibaculi hendecasyllabum <BIBAC. carm. frag. 1, 3> apud Tranquillum de Inlustribus Gramm. <SVET. gramm. 11>

Et illos custodis videt hortulos Priapi. <...>

non, ut vulgo legunt, ***Custodes***. Sed erat hoc loco in veteri libro, ***Terreat et saeva***.

⁷ En algunas ediciones actuales, TIB. III 12, 6.

⁸ En el original no hay comillas para introducir la cita.

⁹ En el final de este lema y en los dos siguientes, no hallamos el símbolo acostumbrado (/) sino que hay un paréntesis.

(19-20) VOS QUOQUE FELICIS QUONDAM, NUNC PAUPERIS AGRI/ CUSTODES, FERTIS MUNERA VESTRA LARES] Felicem dicit fertilem, ac fructuosum. **Fertis munera**, ut et Graece Theocrit. <Theoc. Idyll. 1, 3>

<...> **Metalpana told' euteron ahl on apoish-**

Lares vero, ut supra diximus, hi sunt, qui in agris colebantur, ac propterea **Compitales** Suetonio dicuntur in Octavii Augusti vita <SVET. Aug. 31>. Scribit enim.

Compitales Lares ornare bis anno instituit, vernis floribus, et aestivis.

Sed idem in. IIII. ad Messalam <TIB. 4,1, 182-189¹⁰>, vicem suam ac fortunae commutationem dolens,

<...> **-quamvis**

Fortuna, ut mos est illi, me adversa fatiget.

Nam mihi cum magnis opibus domus alta niteret,

Cui fuerant Flavi ditantes ordine sulci,

Horrea fecundis inefficientia mensis,

Cuique pecus denso pascebant agmine colles,

Et domino satis, et nimium furique lupoque.

Nunc desiderium superest <...>

(21) TUNC VITULA] Lustratio tum fiebat maioribus hostiis, res cum esset ipsa amplior.

(23) –CADET VOBIS] immolabitur. Callimachus <Call. Ap. 77-79>

<...> **eħde pol hi**

Qħke tel esfori hn epekthi sien \$-eħi pol l-oil

Ustation piptousin eb' iżxion w-fahata uroi.

Idem Tibull. in IV. <TIB. 4, 1, 14-15¹¹>

<...> **-nec illis**

Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.

¹⁰ En algunas ediciones actuales TIB. III 7, 182-189.

¹¹ En algunas ediciones actuales, TIB. III 7, 14-15.

Et Ovid. in. III.¹² Amor. <OV. am. 2, 11, 46>

<...> **Pro reditu victimam vota cadit.**

(23-24) –QUAM CIRCUM RUSTICA PUBES/ CLAMET] multi omnino libri, **Clamat**. morem ut illum veterem fuisse significet. Ver. in. I. Georg. <VERG. georg. 1, 343-347> verbis simillimis eadem de re uititur.

*Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret.
Cui tu lacte favos, et miti dilue Baccho.
Terque novas circum felix eat hostia fruges,
Omnis quam chorus, et socii comitantur ovantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta.*

Quo loco Servius apte ad hunc etiam locum interpretans illud, <VERG. georg. 1, 347> "Et Cererem clamore vocent in tecta" **Invocant**, inquit, **copiam frumentorum**.

Quod autem, **Vocent**, dixit Vergilius, hoc quoque priorem lectionem **Clamet**, plane confirmat.

(24) –ET BONA VINA] **Bona**, non sine religione posuit. sic etiam **Bonae fruges**, **Bona Iuno**, et **Bona verba** dicuntur.

(25) IAM MODO NON POSSUM] idest, **possum**. Terentius in Phormione <TER. Phorm. 67-68>

*Is senem per epistulam
pellexit modo non montes aureos pollicens.*

¹² Se trata, en ediciones actuales, del libro II de *Amores*.

Sed impedire sententiam videtur, quod sequitur <v. 26> *Nec semper* <...> etc. Sed notandum illud, non sic, *Modo nec* dici, quo modo dicitur, *Modo non*. namque, *Modo non*, quod valet *Propemodum*, aut *Prorsus*, adfirmative ponitur, recte sic cum verbo *Possum* iungitur. et idem verbum, cum, *Nec*, coniunctum, plane negat. quasi dicat, *Possum omnino parvo contentus vivere, nec longae viae semper esse deditus*. Itaque et Terentius, ut supra posui, locutus est, et Ver. in IX Aen. <VERG. Aen. 9, 140-142>

*Sed periisse semel satis est, peccare fuisset
Ante satis, penitus modo non genus omne perosos
Femineum- <...>*

Et Quintilianus in prooemio libri primi, <QVINT. inst. 1, 16, 5> *Modo non*, adfirmans posuit.

Quis enim, inquit, non de iusto, aequo, ac bono, modo non et vir pessimus, loquitur.

(29) –TENUISSE BIDENTEM] Veteres libri etiam multitudinis numero, *Bidentes*.

(30) -INCREPUSSE.] Verg. eodem modo *Increpare* dixit.

(31) NON AGNAMVE SINU PIGEAT, FETUMVE CAPELLAE] In veteribus libris, *Agnamque fetumque*, et pro *Pigeat*, repetitum, *Pudeat*.

(33-34) AT VOS, EXIGUO PECORI FURESQUE LUPIQUE/ PARCITE] Idem in IIII ad Messallam <TIB. 4, 1, 188¹³>

Et domino satis, et nimium furique lupoque.

¹³ En algunas ediciones actuales, TIB. III 7, 188.

(34) –DE MAGNO EST PRAEDA PETENDA GREGE.] abest a quibusdam veteribus libris, *Est.*

(36) ET PLACIDAM SOLEO SPARGERE LACTE PALEM] *Palen*, Graeco accusativo, in nonnullis veteribus libris legitur. Ovidius idem significans dixit. <OV. fast. 4, 746>

<...> *Et tepido lacte precare Palem.*

(37) –NEC VOS E PAUPERE MENSA] In veteribus multis libris, *Neu vos*, et, *De paupere*. Porphyrius autem in. II. *Peril apoxhj twa ehyukwn*. Parcitatem, aut frugilitatem potius illam veterum multis omnino verbis persecutus ad Antiphonis <Porph. 2, 17>, Menandri <Porph. Abs. 2, 17>, Sophoclis <Porph. Abs. 2, 19> testimonia addit deinde Theophrasti hoc <Porph. Abs. 2, 20¹⁴>

Dial pol lwa del of Qeofrastoj twa par' ekaštoij patriwn ebideikaj oti tol pal aioh twa qusiwa dial twa karpwa h̄. eit' eipwh proteron thj poāj I ambanomehhj kail tal twa spodwa eghghtai touton toh tropon, talmeh ařxaia twa iérwa nhfal ia paralpol loj h̄. nhfal ia deleštih, taluđroponda, talmetal tauta mel išponda. touton gar ekoimon paral mel ittwn prwton ej abomen toh uđroh karpoh, eit' ej aiošponda. tel oj d' epil pasin tal ušteron gegonota ojnošponda.

Quae Theophrasti verba hoc de genere poetarum versus illustrant.

(39) FICTILIA ANTIQUUS] Veterem Romanorum morem declarat, opinor, Dionysius Halicar. *Dis senas in sacris laribus superque mensas ligneas canistris atque fictilibus apponendi*. Idem Tibullus Eleg. X. <TIB. 1, 10, 7-8¹⁵>

<...> *-nec bella fuerunt
Faginus asstabat¹⁶ cum scyphus ante dapes.*

¹⁴Las citas de Menandro, Sófocles y Teofrasto que aparecen en Porph. Abs. 2, 17/19, son respectivamente, Men. *Mon. Fr. 3/117/129*; S. *Fr. 398* y Thphr. *Fr. 10*.

¹⁵Tampoco aquí hay comillas para introducir la cita.

¹⁶Estaço transmite **Asstabat** en su comentario, mientras que en el texto de A₃ encontramos **Adstabat**, Directamente, por tanto, ha puesto en su comentario la lectura con la asimilación regresiva.

In divitiis habita fictilia, Martialis etiam significat. <MART. 14, 98, 2>

Lautus erat priscis Porsena fictilibus.

Fictiles etiam deos ipsos faciebant. Propertius in. IIII. <PROP. 4, 1, 5>

Fictilibus crevere deis haec aurea templum.

Et Juvenalis Sat. XI. <IVV. 11, 116>

Fictilis, et nullo violatus Iuppiter auro.

Plinius in. XXXIV. <PLIN. nat. 34, 34>

Mirumque mihi videtur, cum statuarum in Italia tam vetus origo sit potius lignea, aut fictilia deorum simulacra in delubris dicata usque ad devictam Asiam, unde inrepsit et luxuria.

Et in. XXXV. <PLIN. nat. 35, 157-158>

Nec enim tum effigies deum erant laudatissimae. nec paenitet nos illorum qui tales coluere. Aurum enim et argentum ne dis quidem conficiebant. durant etiamnum plerisque in locis talia simulacra. Fastigia quidem templorum in urbe crebra et municipiis mira caelatura et arte firmitateque aevi sanctiora auro. certe innocentiora. in sacris quidem etiam inter has opes, non murinis, crystallinisve, sed fictilibus prolibatur sympullis.

Idem Tib. post. <TIB. 1, 10, 17-20>

*Neu pudeat prisco vos esse e stipite factos,
Sic veteres aedes¹⁷ incoluistis avi.
Tum melius tenuere fidem, cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus aede deus.*

¹⁷ En A₃, *sedes*; la *lectio* que hallamos aquí es la que había en el códice de Sforza, según el propio Estaço nos informa en el comentario a este lugar de la elegía 10.

(40) –DE FACILI] parabili. Sic Horat. <HOR. sat. 1, 2, 119> **Facilem Venerem**¹⁸ dixit.

(43) –SATIS EST REQUIESCERE LECTO] Hoc quoque magni faciens Catullus, <CATVLL. 31, 10>

Desideratoque acquiescimus lecto.

(44) –SOLITO MEMBRA LEVARE TORO] est in veteri libro, **Referre**, non **Levare**. ut idem sit, quod reddere vel quieti, vel, quod malim, labori.

(48) SECURUM SOMNOS IGNE IUVANTE SEQUI] **Imbre**, in veteribus nonnullis. Versus vero ipsi Sophoclis, qui adducuntur a multis, sunt in Graecorum sententiis <S. Fr. 636, 1>

peril nautil iāj. Ti/ touto xarma meizon aīj laboij potel thj għi epiyausanta kailupolsteħġ puknhj akousai yekadloj euħous\$ frehi.

Illud vero ipsum, quod **Securum** dixit, omnino exprimit, *euhousħn frena/*

(50) –ET TRISTES FERRE POTEST PLUVIAS] Horat. <HOR. carm. 1, 3, 14>

nec tristes hyadas <...>

(51) O, QUANTUM EST AURI PEREAT, POTIUSQUE SMARAGDI] Ordo verborum aliis in veteri libro, isque concinnior, et facilior ad intellegendum, *O quantum est auri potius, pereatque smaragdi.*

Sed pro **Pereat**, legendum censeo, **Pereant**.

(54) VT DOMUS HOSTILES PRAEFERAT EXUVIAS] Hoc e genere sunt, et Propertii illa <PROP. 3, 9, 25-26>

*Vel tibi Medorum pugnaces ire per hostes,
Atque onerare tuam fixa per arma domum.*

¹⁸ El verso completo es: *non ego: namque parabilem amo Venerem facilemque.*

Et illa Suetonii, <SVET. Nero, 38>

Domus priscorum ducum arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatae.

(55) ME RETINENT VINCTUM FORMOSAE VINCLA PUELLAE] Vt Philippum apud Horat. <HOR. epist. 1, 7, 67>

<...> ***vincla mercennaria.***

(57) NON EGO LAUDARI CUPIO] magno consensu libri veteres, ***Curo***, pro, ***Cupio***.

(60) ET TENEAM MORIENS DEFICIENTE MANU] Ovidius in elegia de Tibullo <OV. am. 3, 9, 58> totidem verbis,

Me tenuit moriens deficiente manu.

Atque hic quoque, ***Te***, pro ***Et***, in veteribus libris.

(61) –ARSURO POSITUM ME DELIA LECTO] Compositum. hoc de lecto et illud Proper. in. II. <PROP. 2, 13, 21-22>

***Nec mihi tum fulcro sternatur lectus eburno,
Nec sit in Attalico mors mea fixa toro.***

(62) TRISTIBUS ET LACRIMIS OSCULA MIXTA DABIS] Propert. <PROP. 2, 13, 29>

Osculaque in gelidis pones suprema labellis.

(63-64) –NON TUA SINT DURO PRAECORDIA FERRO/ VINCTA] In multis veteribus pro ***Vincta***, ***Iuncta***, quae varietas in similibus his verbis scribendis saepe exsistit. Sic apud Verg. illud <VERG. ecl. 3, 25-26>

<...> ***-an umquam tibi fistula cera
Iuncta fuit <...>.***

in veteri tamen libro, **Vincta**. quod non recusarem, nisi Tibulli auctoritas apud me pluris esset, quam scriptoris librarii fides. ille enim in. II. <TIB. 2, 5, 31-32> sic,

*Fistula, cui semper decrescit harundinis¹⁹ ordo.
Nam calamus cera iungitur usque minor.*

-NON TUA SUNT DURO PRAECORDIA FERRO/ VINCTA: Homerus Iliad. **w**<Hom. Il. 24, 205/ 521> **sidh̄teion h̄tor** dicit.

(64) –NEC IN TENERO STAT TIBI CORDE SILEX] Ennius apud Festum Pompeium <FEST. 158²⁰>

Lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis.

Et Ovid. <OV. trist. 1, 8, 41-42>

*Et tua sunt silicis circum praecordia venae.
Et rigidum ferri semina pectus habet.*

(67-68) –SED PARCE SOLUTIS/ CRINIBUS, ET TENERIS DELIA PARCE GENIS] Sic Ovid. <OV. trist. 3, 3, 51>

Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos.

(69) INTEREA, DUM FATA SINUNT] Notum Catulli illud, eadem in sententiam <CATVLL. 5, 1>,

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus.

(71) IAM SUBREPET INERS AETAS] sic Iuvenalis <IVV. 9, 129>

<...> -obrepit non intellecta senectus.

(71) –NEC AMARE DECEBIT] Ovid. <OV. am. 1, 9, 4>

Turpe senex miles, turpe senilis amor.

¹⁹ Estaçō transmite en esta cita la palabra *Harundinis* con aspiración, mientras que en A₃ la encontramos sin ella, sin hacer ningún comentario el respecto.

²⁰ Se refiere a Ennio, trag. 139.

(72) DICERE NEC CANO BLANDITIAS CAPITI.] Haud paulo melius in veteribus libris, *Dicere nec cano blanditias capite.* id est nos iam canos. *Canum* vero *caput* sic dixit, ut et Catul. <CATVLL. 68, 124>

Suscitat, et cano vulturium capiti.

Lucianus in Alexandro **Pol ioh ahdra** sic dicit <Lucianus Alex. 60, 13>

Oute iatrw=preponta, oute pol iw=āhdripoiwa.

(77) –EGO COMPOSITO SECURUS ACERVO] In cellis, vel promptuariis.

(78) DITES DESPICIAM] Quibusdam in veteribus libris ordo hic, *Despiciam dites.* aptissime vero ipsam significat **autarkeian.** quem Sotades apud Stobaeum **meson bibn** <Stob. 2, 7, 18, 66> appellat. apud quem multa in hanc sententiam. Idem alibi <TIB. 1, 8, 34>,

Et regum magnae despiciantur opes.

ELEGIA SECUNDA

(1) ADDE MERUM] Sic in. III. <TIB. 3, 7, 30²¹> etiam loquitur.

I puer, et²² liquidum fortius adde merum.

Et Martial. in. X. <MART. 10, 98, 1>

Addat cum mihi caecubum minister.

Et idem in Xeniis, <MART. 14, 170, 2>

<...> -adde falerna puer.

(1) –VINOQUE GRAVES COMPESCE DOLORES] Magno omnes consensu libri veteres pro, *Graves, Novos*, idest maximos, mirabiles. quo modo, opinor, poeta <VERG. ecl. 3, 86> dixit,

Pollio et ipse facit nova carmina. <...>

(3) NEU QUISQUAM MULTO PERFUSUM TEMPORA BACCHO] Sic post, elegia. VII. <TIB. 1, 7, 50>

<...> - et multo tempora funde mero.

Quamquam in veteribus libris fere omnibus *Percussum*, non *Perfusum*. Cuiusmodi est Ovidianum illud, <OV. rem. 146>

Aleaque et multo tempora quassa mero.

Et Euripideum illud in Cyclope <E. Cyc. 421-422>

*Allhn eþwka kułka Ginoškwn oři
trwſei noua ořhoj <...>*

(4) –DUM REQUIESCIT AMANS] veteres libri omnes sic, ut olim Aldus, *Amor*, non, *Amans*. quale et Catullinum illud, <CATVLL. 2, 8>

Credo ut tum gravis acquiescat ardor.

²¹ En ediciones actuales, TIB. III 6, 62.

²² En A₃ *Tu puer i*. Estaçō, con una conjetura, mantiene como preferente esta lectura.

(6) CLAUDITUR ET DURA IANUA FIRMA SERA] pro, **Firma** fere in veteribus libris, **Fulta**. quo modo Ovidius. <OV. ars 2, 244>

Atque erit opposita ianua fulta sera.

Idem tamen Tibullus post, in elegia. VIII. <TIB. 1, 8, 76>

Quaecumque opposita est ianua firma sera.

Sed ibidem tamen veteribus in libris pro, **Firma**, **Dura**, legebatur.

(7) IANUA DIFFICILIS DOMINAE] conviciari ianuis amantes solent. Propertius ad ianuam, <PROP. 1, 16, 37-38>

*Te non ulla meae laesit petulantia linguae,
Quae solet irato dicere tota loco.*

In veteribus autem libris melioribus, non **Dominae**, sed, **Domini**. itaque lenonem ipsum forte intellegit.

(10) NEC FURTIM VERSO APERTA SONES] **Furtim verso**: tacito. Idem post, in eleg. VI. <TIB. 1, 6, 12>

Cardine nunc tacito vertere posse fores.

Sed pro, **Nec**, **Neu**, fere in omnibus libris.

(11) ET MALA SI QUA TIBI DIXIT DEMENTIA NOSTRA] Si quid iratus contumeliosum dixi. Cuiusmodi est Sophocleum illud in Oedipo Tyranno. <S. OT. 523-524>

*Ai l' h̄ qe meh dhl touto toūheido" tak' āh
ōgh=biasqeh māl on, h̄gnw̄h frenwa.*

(12) –CAPITI SINT PRECOR ILLA MEO] Sic olim quasi proverbio dicebant. Caelius²³ in epist. ad Cic. <CIC. epist. 8, 1, 4>

Te ad. IX. Cal. Iun. Subrostrarii, quod illorum capitii sit, dissiparant perisse.

Seneca in IV epist. idem prope, quod Tibullus. <SEN. benef. 4, 31, 4>

Quidquid, inquit, mali dixi, mihi, et capite meo.

(13-14) TE MEMINISSE DECET, QUAE PLURIMA VOCE PEREGI/ SUPPLICE] *Supplicem voce, ikethrida fwnhh* <Orph. H. 3, 13> saepe in hymnis Orpheus dicit. Sed est in libris. V²⁴. Et. non, Te.

(14) –CUM POSTI FLORIDA SERTA DAREM] Ianua apud Propertium in. I. <PROP. 1, 16, 7>

Et mihi non desunt turpes pendere corollae.

Et Ovid. in. I.²⁵ de rem.amoris <OV. rem. 31-32>

**Effice nocturna frangatur ianua rixa,
Et tegat ornatas multa corona fores.**

In Sfortiae libro, non **Darem**, sed **Dabam**.

(16) AUDENDUM EST. FORTES ADIUVAT IPSA VENUS] **Fortes adiuvat ipsa Venus**. hoc vero totum non est huius poetae **gnhśion**. quamquam scriptis in libris legebam. Ovidii certe simillima sunt illa in. II. Fast. <OV. fast. 2, 781-782>

**Exitus in dubio est: audemus ultima dixit,
Viderit, audentes forsque venusque iuvat.**

Et in. X. Metam. <OV. met. 10, 586>, de Atalanta atque Hippomene:

Audentes deus ipse iuvat <...>

²³ Cayo Celio Caldo era nieto del cónsul del año 94.

²⁴ V puede ser una abreviatura de **veteribus**, así lo hemos considerado y así lo traducimos. Es mucho menos probable que se trate del cardinal *cinco*.

²⁵ Aquiles Estaço utiliza la división en libros al referirse a la obra ovidiana *Remedios de Amor*, pero en ediciones actuales dicha obra no aparece dividida en libros.

De amore Euripides in Hippolyto.<E. Fr. 430, 1-3>

*Exw del tol mouj kai lqrašouj didaškal on
eħ toij aħmxahoisin euporwitatōn
ejwta, pahtwn dusmaxwitatōn qeoħ.*

Claudianus ad Probinum, <CLAVD. carm. min. 41, 8>

Fors iuvat audentes, prisci sententia vatis.

(17) –SEU QUIS IUVENIS NOVA LIMINA TEMPTAT] pro *Iuvenis*, in multis, *Iuvenum*. Nova vero limina dicit, pro novo amatore. Si quis recens amator ad novas fores accessit.

(18) SEU RESERAT FIXO DENTE PUELLA FORES] Dentem, pro clavi posuit. partem, pro toto. Germanicus in prognosticis. <GERM. 196-197>

*Qualis ferratos subicit clavicula dentes,
Succutit et foribus producit vincula claustrī.*

(19) -MOLLI DECEDERE LECTO] In uno libro, *Discedere*.

(20) ILLA PEDEM NULLO PONERE SONO] Crepitus pedum, <CIC. top. 52> is a Cicerone dicitur. ergo sine sono, silentio. Sic Columella de cultu hortorum, <COLVM. 10, 159-160>

*Invigilate viri, tacito nam tempora gressu
Diffugunt, nulloque sono convertitur annus.*

Idem opinor Tibullus alibi, <TIB. 1, 8, 60>

Et strepitū nullo posse referre pedem²⁶.

(21) –NUTUS CONFERRE LOQUACES] in veteribus libris etiam *Proferre*, pro, *Conferre*. Simile huic illud Ovidianum. <OV. am. 1, 4, 17>

Me spectet, nutusque meos, vultumque loquacem.

²⁶ En ediciones actuales: *Et strepitū nullo clam reserare fores*.

(22) BLANDAQUE COMPOSITIS ADDERE VERBA NOTIS] Est in veteribus libris non *Addere*, sed, *Abdere*. in aliis, *Reddere*. Ovid. in. III. Amor. in eandem sententiam, <OV. am. 3, 11, 23-24>

*Quid iuvenum tacitos inter convivia nutus,
Verbaque compositis dissimulata notis.*

Ex quo intellegitur legendum potius, *Abdere*. Simillima, totumque hunc locum inlustrant veteris poetae illa, <NAEV. com. 75-79>

*Quasi in choro pila ludens, datatim dat sese, et communem facit,
alium tenet²⁷, alii nutat,
alibi manus est occupata, alii pervellit pedem,
alii dat anulum spectandum a labris, alium invocat,
cum alio cantat, attamen aliis dat digito notas.*

(23) -DECET²⁸ HOC OMNES] in veteribus libris erat, *Docet*.

(25) -TENEBRIS] de nocte. Idem alibi. <TIB. 1, 6, 59>

Haec mihi te adducit tenebris. <...>

(26) SECURUM IN TENEBRIS ME FACIT IPSA VENUS] Est in veteribus libris **kibdhillon**²⁹ tamen existimatur. commentum enim esse Aurispae³⁰ cuiusdam dicitur. Pontani³¹ fuerat, *Vsque meum custos ad latus haeret amor*. In nonnullis libris fuerat, *Non mihi nocte sopor, non mihi nocte quies*. In aliis erat, quod putatur rectius, *Ille deus certae dat mihi signa viae*. quod si est, *Ipse* pro *Ille* legi malim. Sed in hac varietate, et importunorum hominum licentia, suspecta mihi sint omnia, potiusque sit *epimarxeion* illud *apistein*. In libro Sfortiae legebam, *Praesidio noctis sentio adesse deam*.

²⁷ En ediciones actuales este verso reza: *alii adnutat, alii admittat, alium amat, alium tenet*.

²⁸ En A₃ *Docet*. En su lema aparece *decet*.

²⁹ En el original **kibdhillon**.

³⁰ No sabemos si trata de Ioan o de Lisandro Aurispa. A éste último lo relaciona G. Luck con el códice Vaticano Ott. 1202, a. 1426.

³¹ Ioan Iovianus Pontanus, a. 1426-1503, relacionado, según G. Luck, con el códice G.

(29-30) QUISQUIS AMORE TENETUR, EAT TUTUSQUE SACERQUE/ QUALIBET] Propert. in.
III. eandem in sententiam. <PROP. 3, 16, 11-14>

*Nec tamen est quisquam, sacros qui laedat amantes.
Scironis media sic licet ire via.
Quisquis amator erit, Scythicis licet ambulet oris,
Nemo adeo, ut noceat, barbarus esse solet.*

Philostratus in vita Leonis³² sophistae, inermes amantes esse, Leonis ipsius verbis docet.
<Philostr. VS, 485>

*<...> Οὐγατρὸς πολεμικῶν ὄργανων,
αἵ λαμπουσικῶν οἰ(ε)ρωνιέων δεοθταὶ <...>.*

Sed est in manuscriptis³³ pro *Qualibet*, *Quolibet*.

(30) –INSIDIAS NON TIMUISSE DECET] in libro Sfortiae, *Nec timuisse*.

(31) NON MIHI PIGRA NOCENT HIBERNAE FRIGORA NOCTIS] *Pigra frigora*, ab effecto³⁴.
Sic opinor a poetis, Pigrum gelu, vel quod stet.

(34) ET VOCET AD DIGITI ME TACITURNA SONUM] In Vaticano, *Tacitura*. Velius Longus,
de Orthographia, idem significans, <VEL. gramm. 15>

*Deinde, Quid, Quod, et voces non simplices, habent tamen significationem, quamvis
scribi non possint. nam et digitorum sono pueros ad respondendum ciemus.*

(35) SEU VIR, SEU FEMINA FIAS] In veteri libro, l³⁵. *Fiat*.

³² León de Bizancio, personaje eminente en su ciudad, notable orador que fue enviado a Atenas buscando apoyo cuando Filipo sitiaba Bizancio en el 340 a.c. La tradición lo tiene como hombre ingenioso y agudo en sus respuestas. Pudo haber sido discípulo de Platón, y parece que no debe identificarse con el historiador del mismo nombre, del que tenemos algún fragmento.

³³ Es la única vez que utiliza este término en lugar de *veteres libri*.

³⁴ Texto *affecto*. Lo enmendamos.

³⁵ Id est, *legitur*.

(36) –CELARI VULT SUA FURTA VENUS] Sappho in asmate quodam in nectendis, et inveniendis dolis ingeniosissimam artificem, **dol oplokon**, vocat. Ovid. in II de arte amandi in eam sententiam, <OV. ars 2, 607-612>

*Praecipue Cytherea iubet sua sacra taceri,
Admoneo veniat ne quis ad illa loquax.
Condita si non sunt veneris mysteria cistis,
Nec cava vesanis ictibus aera sonant,
Attamen inter nos medio versantur in usu,
Sed sic inter nos, ut latuisse velint.*

(37) NEU STREPITU] in quibusdam libris, **Ne strepitu**.

(38) NEU PROPE FULGENTI LUMINA FERTE FACE] quam de nocte manibus pueri gestare consueverunt. Propert. in. I. <PROP. 1, 3, 9-10>

*Ebria cum multo traherem vestigia Baccho,
Et quaterent sera nocte facem pueri.*

(39) SI QUI ET IMPRUDENS ADSPEXERIT] in veteri libro, qui Marcelli Pont. Max. fuit, et in Vaticano, **Si quid**, non, **Si quis**.

(41) –IS SANGUINE NATAM] cruenta eius origo non lenem sui violatoribus illam fore declarat. Sic Ovidius de similis ex gygantum sanguine natis, <OV. met. 1, 160-162>

*<...> -sedet illa propago,
Contemptrix superum, saevaque avidissima caedis,
Et violenta fuit, scires e sanguine natam.*

(42) Is VENEREM E RAPIDO SENTIET ESSE MARI]³⁶. Idem in. III. <TIB. 3, 4, 85>

Nam te nec vasti genuerunt aequora ponti.

Ferocissimi enim sunt e mari geniti. A. Gellius in. XV. cap. XXI. <GELL. 15, 21, 149>

Ferocissimos, et immanes, et alienos ab omni humanitate, tamquam e mari genitos, Neptuni filios dixerunt, Cyclopa, et Cercyonis, et Lestrygonas.

Seneca in Hippolyto de Venere, <SEN. Phaedr. 274>

Diva non miti generata ponto.

Non nulla hic quoque varietas. in veteribus enim libris etiam sic. *Is Venerem e rapido sentiat esse mari.*

(43-44) –UT MIHI VERAX/ POLLICITA EST MAGICO SAGA MINISTERIO] In Vaticano est, pro *Pollicita, Sollicita*. ut sit, magam ipsam vereri, ne tuus huic credat coniux. Eiusmodi sit illud fortasse Ovidii. <OV. am. 3, 9, 36>

Sollicitor, nullos esse putare deos.

aut illud potius eiusdem Tibulli in Eleg. V. ut est in veteribus libris, <TIB. 1, 5, 12>,

Carmine cum magico pertimusset anus.

(46) FULMINIS³⁷ HAEC RAPIDI CARMINE VERTIT ITER] Magno consensu libri veteres, non, *Fulminis*, sed, *Fluminis*. Vt et apud Ovidium, qui totidem prope verbis hunc ipsum locum ita tractat. <OV. epist. 6, 85-90>

³⁶ Es el primer caso (el segundo se encuentra en I 3, 18) en el que en el comentario no aparece el símbolo] detrás del lema. Lo restituimos.

³⁷ En A₃ *Fluminis*.

*Illa reluctantem cursu deducere lunam
Nititur, et tenebris abdere solis equos.
Illa refrenat aquas, obliquaque flumina sistit,
Illa loco silvas, vivaque saxa movet.
Per tumulos errat, sparsis discincta capillis,
Certaque de tepidis elicit ossa rogis.*

Medea quoque apud eundem Ovi. eodem modo, <OV. met. 7, 199-200>,

<...> *-cum volui ripis mirantibus amnes
In fontes rediere suos <...>*

Idem alibi apud Tibullum <TIB. 1, 9, 35-36>, siquis est error inolevit similiter,

*Illis eriperes verbis mihi sidera caeli
Lucere, et puras fulminis esse vias.*

Legendum, *Fluminis*.

(47) HAEC CANTU FINDITQUE SOLUM] In veteri Sfortiae libro, *Fuditque solum*. Sed illud rectius. Sic enim etiam Ovid. in. I³⁸. de remedio amoris, <OV. rem. 253-254>

*Me duce, non tumulo prodire videbitur umbra,
Non anus infami carmine rumpet humum.*

Ovid. in I. Elegiarum de lena totum hunc locum paene expressit, <OV. am. 1, 8, 5-18>

³⁸ Ya hemos aludido al hecho de que los humanistas dividían en libros los *Remedios de amor*, de Ovidio.

*Illa magas artes, Aeaeaque carmina novit,
Inque caput liquidas arte recurvat aquas.
Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
Litia, quid valeat virus amantis equae.
Cum voluit, toto glomerantur nubila caelo,
Cum voluit, puro fulget in orbe dies.
Sanguine, si qua fides stillantia sidera vidi,
Purpureus lunae sanguine vultus erat.
Hanc ego nocturnas versam volitare per umbras
Suspicio, et pluma corpus anile tegi.
Suspicio, et fama est, oculis quoque pupula duplex
Fulminat, et geminum lumen ab orbe venit.
Evocat antiquis proavos, atavosque sepulchris
Et solidam longo carmine findit humum.*

(49) IAM CIET INFERNAS] omnes fere veteres libri non *Ciet*, sed *Tenet*. quod probandum videtur propter id, quod addit, **Referre pedem**.

(50) IAM IUBET, ADSPERSAS LACTE, REFERRE PEDEM.] Lycophronis³⁹ interpres idem tradidit.

(52) CUM LIBET, AESTIVO CONVOCAT⁴⁰ ORBE NIVES] in nonnullis rectius opinor, *Cum libet aestivas convocat ore nives*.

(53) SOLA TENERE MALAS MEDEAE DICITUR HERBAS] In quibusdam veteribus libris, non *Herbas*, sed, *Artes*. in quibusdam utrumque.

(54) SOLA FEROS HECATES PERDOMUISSE CANES] Lycophronis interpres Sofronem⁴¹ auctorem adducit, '*Hecatae canes immolari solitos, quod baubantes, latrantesque visa dissipent*'.

(55) –QUIS FALLERE POSSES] aut alios posses fallere, aut ipsa latere.

³⁹ Licofrón, s. IV-III a.c., escritor principalmente de tragedia.

⁴⁰ En A₃ *provocat*.

⁴¹ Sofrón, segunda mitad del s. V a.c., dramaturgo griego, y creador del mimo teatral.

(56) TER CANE, TER DICTIS DESPUE CARMINIBUS] infamis anus praecepta. Servius in illud poetae <VERG. ecl. 8, 75> scribit

'Numero deus impare gaudet'. quemcumque superorum ternario. numero delectari.

De terna vero despuendi ratione, ac deprecatione, multa Plinius in. XXVIII. e quibus haec. <PLIN. nat. 28, 35-36>

Sed et alios efficaces eius usus recognoscat vita. ita despumus comitiales morbos, hoc est contagia regerimus, veniam quoque a deis spei alicuius audacioris petimus, in sinum spuendo. Etiam eadem ratione terna despue deprecatione in omni medicina mos est, atque effectus adiuvare.

Deinde post, <PLIN. nat. 28, 38>

Salpe⁴² torporem sedari quocumque membro instupente, si quis in sinum exspuat.

Quod propterea etiam posui, quod pertinere non nihil existimem ad illud in fine elegiae, <TIB. 1, 2, 98>

Despuit in molles et sibi quisque sinus.

et quod hoc loco pro *Despue*, quibusdam in libris, *Exspue*. Idem Plinius in. XXVI. <PLIN. nat. 26, 93>, carmen eiusmodi ter dicendum adducit totiens despuentibus, inquit,

Experti adfirmavere, plurimum referre, si virgo imponatur nuda, iejuna, iejuno et manu supina tangens dicat, Negat Apollo pestem posse crescere, quam nuda virgo restinguat, atque retrorsa manu ter dicat, totiensque despuant ambo.

⁴² *Salpae* en el original.

vide proverbium, **In sinum inspuere. Dictis** vero **carminibus** despueire illum iubet, ex anicularum consuetudine, de qua Theocriti interpres in **Qal ušia** sic scribit:

Fqučein del tolptučin eijwqasi delai(grai#i ořan eþ#dwsir eþiptučin

Idem Tibullus post <1, 5, 12>

Carmine cum magico praecinuisset anus.

Ex quo intellegimus, anicularum magicum fuisse ministerium. Quod autem dixit Theocriti interpres, **eþallein**, valet, quod hoc loco **Canere**, et **eþwdail** idem omnino sunt, quod hoc in genere **Carmina**. Se quoque caede putabant expiari caesi sanguinem ter in os exspuentes. Sic enim de eo tradit interpres Apollonii in illud in. IIII. Argon. <A. R. 4, 478>

Trīj d' aþel eice fohou=trīj d' eþ aþoj eþtus' oþohtwn.

post multa enim alia deinde haec.

Epeita tou=aþmatoj autou=labohtej trīj eij tolzoma eþtuon. Touþo deleþoibun proj toleþil aþasqai dol ofonián.

Euripides in Medea idem prope videtur significare, quod et Plinius <PLIN. nat. 28, 36>, inquit.

Si quis paeniteat ictus eminus, comminusve illati, et statim exspuat medium in manum, qua percussit, levatur illico percussus.

Euripidis sunt illa: <E. Med. 1205-1207>

<...> **Prospitnei-nekr%=&**
wþoce d' euþuj, kailperiþtučaj xeraj
Kinei=prosaudwa toiaðe<...>.

(58) NON SIBI, SI IN MOLLI VIDERIT ESSE SINU] veteres libri cum priore Aldina editione plane consentiunt. nec enim, **Sinu**, sed, **Toro**, habent. in isdem vero libris, pro **Esse**, **Ipse**.

(59) TU TAMEN ABSTINEAS ALIIS] est in veteribus nonnullis, non **Tamen**, sed **Tantum**.

(60) –DE ME UNO SENTIET ESSE NIHIL.] Hoc quoque loco in veteribus libris non **Esse**, sed vel, **Ipse**, vel, **Ille**.

(61-62) –NEMPE HAEC EADEM DIXIT AMORES/ CANTIBUS, AUT HERBIS SOLVERE POSSE MEOS] Rectum hoc quoque. Sed erat in veteri libro, **Fallere**, non **Solvere**. Sicut et Ver. <VER. Aen. 4, 85>

<...> **-insanum si fallere possit amorem.**

Sed idem Verg. In. IV. Aen. <VER. Aen. 4, 487-488>

*Haec se carminibus promittit solvere mentes
Quas velit, ast aliis duras immittere curas.*

Et Horat. <HOR. epod. 5, 71-72>

*A. A. Solutus ambulat beneficæ
Scientioris carmine.*

(63) ET ME LUSTRAVIT TAEDIS] Lustramentum per sacrificium, atque incantationem. tertium illud non adhibet per beneficium. De lustratione magica etiam Ovid. in VII. Metam. <OV. met. 7, 259-261>

*Multifidasque faces in fossa sanguinis atra,
Tingit, et infectas geminis accedit in aris,
Terque senem flamma, ter aqua, ter sulphure purgat.*

Et in. X. eiusdem operis. <OV. met. 10, 398>

Sive aliquid nocuit, magico lustrabere ritu.

Idem post de lustratione cum sulphure, <TIB. 1, 5, 11-12>

*Ipseque te circumlustravi sulphure puro,
Carmine cum magico praecinuisset anus.*

Anus enim saga adhibebatur. Ovid. in. II. de arte amandi <OV. ars 2, 329-330>

*Et eveniet, quae lustret anus lectumque locumque,
Praeferat et tremula sulpur, et ova manu.*

(64) CONCIDIT AD MAGICOS HOSTIA PULLA DEOS.] Dis inferis, nigris, furvisque hostiis faciebant. **Pullam hostiam**, sic dixit, ut et Horat. **Pullam agnam**, in primo Sermonum. Sat. VIII <HOR. sat. 1, 8, 26-27>:

*-scalpere terram
Vngibus, et pullam divellere mordicus agnam.*

Ad magicos vero *deos*, id est, *dis magicis*. Sic Ovid. <OV. epist. 1, 26>

Ponitur ad patrios barbara praeda deos.

Non possum hoc tempore deorum magicorum nomina commemorare, quae sunt apud interpretem Orationis Gregori Nazianzeni eius, quae inscribitur, **sthil hteutikoj**.

(65) NON UT TOTUS ABESSET AMOR] In veteri libro Sfortiae, et Vaticano, haud paulo melius, ac numerosius, non, **Vt**, sed **Ego**, *Non ego totus abesset amor*: cum superiore idem plane numerus, <TIB. 1, 2, 29>

Quisquis amore tenetur, eat- <...>

quo modo prius etiam Aldus ediderat. *Ego, inquit, sacrificium dum fit eiusmodi, deos orabam, non illud, ut amore omnino solverer, sed ut amaremus inter nos, nec enim, si possim maxime, te velim carere, teque non amare.*

(67) –QUI, TE CUM POSSET HABERE] veteres libri, quemadmodum et olim Aldus, **Possit**, non, **Posset**. Sententia vero non dissimilis est Elegia. X. <TIB. 1, 10, 2⁴³>. Sed, **Habere**, quod dixit, proprio in amore verbo est usus. Sic Ver. <VERG. ecl. 1, 30>

Postquam nos Amaryllis habet. <...>

⁴³ El texto de Tibulo reza así: *Quam ferus et vere ferreus ille fuit!*

Et Terent. in Andria, <TER. Andr. 85>

<...> *Quis heri Chrysidem habuit.*

quod et monuit Aristoteles <Arist. de An. 32>

per il tou=e\kein

(69) –VICTAS AGAT ANTE CATERVAS] In triumpho legi etiam possit, *Vinctas* quae mutatio his in vocibus alterius in alteram saepe accedit. Hanc, opinor, lectionem confirmare videntur Nazarii verba in Panegyrico, Constantino Caesari dicto, inquit,

Non agebantur quidem ante currum vinci duces, sed incedebat tandem soluta nobilitas. Nisi Reges tantum, ac duces ante currum vinci agebantur.

Agere vero *ante*, quasi uno verbo composito *Anteagere*. Sic Verg. in. III. Georg. <VERG. georg. 3, 551-552>

*Saevit et in lucem stygiis emissa tenebris
Pallida Thesiphone, morbos agit ante metumque.*

(70) PONAT ET IN CAPTO MARTIA CASTRA SOLO] **Martia castra** sic quoque dixit Manilius in. IIII. <MANIL. 4, 220>

In bellum ardoris animos, et martia castra.

(71) TOTUS ET ARGENTO CONTEXTUS] Quis triumphantis habitus fuerit, e Dionysi Halicarnasei scriptis, aliorumque sciri potest. Sed in veteri libro hoc loco non *Contextus*, sed *Contectus*, erat.

(73-74) IPSE BOVES MEA SI TECUM MODO DELIA POSSIM/ IUNGERE] est et in veteri libro, **Modo sim tecum**. Sed illud etiam valde concinnum. *Ego*, inquit, *si tecum modo id faciam, possim boves iungere*, et quae sequuntur.

(74) –ET INSOLITO PASCERE MONTE PECUS] Distinctum in veteri libro, **In solito**, quod ipsum placet.

(75) ET TE DUM LICEAT] in veteri libro Sfortiae, **Et te cum liceat**. Sed illud probabilius.

(76) MOLLIS, ET INCULTIA SIT MIHI SOMNUS HUMO] In veteribus nonnullis, omnino melius, *Mollis in inculta sit mihi somnus humo*. Sic alibi *Pedes* dicit *incultos* <TIB. 1, 7, 36>

Expressa incultis uva dedit pedibus.

Sene. in. XIII⁴⁴. epist. <SEN. epist. 90, 41> de primis illis mortalibus simillimis usus verbis, dixit,

<...> *Molleum somnum illis dura tellus dabat.*

Ovid. in II. de arte amandi, in eandem prope sententiam, in quam Tibul. <OV. ars 2, 523-524>

*Clausa tibi fuerit promissa ianua nocte,
Perfer, in inmunda ponito corpus humo.*

At in. III. <OV. am. 3, 11, 9-10>, patientiam quoque suam declarans,

*Ergo ego sustinui foribus. tam saepe repulsus
Ingenuum dura ponere corpus humo.*

Propert. in. I. eodem modo, quo Tibullus hoc loco, <PROP. 1, 18, 28>

Et datur inculto tramite dura quies.

(77) QUID TYRIO RECUBARE TORO SINE AMORE SECUNDO] est in Sfortiae libro pro *Toro, Solo*. Amorem vero secundum idem significans alibi, <TIB. 2, 1, 80>

Felix, cui placidus leniter⁴⁵ adstat amor.

(78) –CUM FLETU NOX VIGILANDA VENIT.] Idem post eleg. VIII <TIB. 1, 8, 64>

Est mihi nox multis evigilanda malis.

⁴⁴ En ediciones actuales se trata de la epístola 90.

⁴⁵ En A₃ *leviter*. Nuestro humanista comenta este término, prefiriendo *leniter* a *leviter*.

(79) NAM NEQUE TUM PLUMAE] Hoc enim totum est, somnos quod invitat leves.

(81) NON VENERIS MAGNAE] parum, multumve, deficit certe hoc loco aliquid. Sic enim video et ab aliis hoc fuisse adnotatum, et meo quodam veteri libro admoneor, ut id putem. praesertim cum superiora, et quae sequuntur, non usque quaque inter se cohaereant, nisi quis dicat ad querellam illum institutam redire. aut si quid hoc aptius illi in mentem veniat. Sed pro, *Non*, est in veteribus libris, *Num.* omnino melius. ut et olim Aldus edidit.

VENERIS MAGNAE: Proper. in. III. <PROP. 3, 8, 12>

Et Veneris magnae volvitur ante pedes.

(82) ET MEA NUNC POENAS IMPIA LUIT] Sic idem post in eleg. III. <TIB. 1, 3, 52> *Verba*, vocat, *impia, dicta in deos*:

Non dicta in sanctos impia verba deos.

Euripides in Hercule furente **Afrona Iōgon** dicit <E. HF. 758-760>:

Afroha Iōgon
oūranhīn makarwn katebale w̄j ar' oū
sqehousi qeoik.

Et Rhianus <Rhian. 1, 4>

-makatesin eþil yōgon aijoh iþptei.

Sed erat etiam in veteribus libris, pro *Luit*, *Tulit*. Alii monent in veteribus etiam libris sic legi, *Vt mea nunc poenas impia lingua luat*.

(83) NON FEROR INCAESTUS] Hic quoque *Num* pro, *Non*, legendum, ex veteribus libris.

(84) SERTAQUE DE SANCTIS ERIPUISSE FOCIS] De sanctis altaribus. <OV. trist. 3, 13, 15>⁴⁶

Fumida cingatur florentibus⁴⁷ ara coronis

⁴⁶ Nuevo caso en el que Estaço no pone comillas para introducir la cita en su *interpretatio*.

⁴⁷ Estaço pone este término con mayúscula, como suele hacer para indicar inicio de verso; en ediciones modernas no aparece como inicio de verso, y así lo editamos nosotros.

(85) NON EGO TELLUREM] hi duo versus in veteribus libris post sequentes duos leguntur. itaque olim Aldus edidit.

(86) –ET MISERUM SANCTO TUNDERE⁴⁸ POSTE CAPUT] Quod calamitatis est, magnique doloris argumentum. idque post *Varianam cladem*, fecisse dicitur Octavius <SVET. Cal. 31⁴⁹>. Sed pro *Sancto* in veteri libro Sfortiae legebatur, *Tacto*.

(87) –DUBITEM PROCUMBERE TEMPLIS] Lucret. <LVCR. 5, 1200-1201>

*Nec procumbere humi prostratum, et pandere palmas
Ante deum delubra <...>.*

(90) MOX TIBI NON VANUS SAEVIET IPSE DEUS] in veteribus libris est, *Mox tibi non unus saeviet usque Deus*.

(91) VIDI EGO, QUI IUVENUM MISEROS LUSISSET AMORES.] in multis veteribus libris, non, *Iuvenum*, sed *Iuvenem*. ut sit, *Vidi ego iuvenem, qui miseros amores lusisset, eundem post senem*, et quae sequuntur. Idem alibi, non multum dissimili sententia, <TIB. 1, 4, 33-34>

*Vidi iam iuvenem, premeret cum senior aetas,
Maerentem stultos praeteriisse dies.*

Quae figura in optimis auctoribus insolens non est. In Sfortiae libro, pro *Lusisset, Laesisset*.

(93) ET SIBI BLANDITIAS] id vero esse miserrimum, ille docet senarius, <Men. Mon. 42, 146/ 14, 19>

Geſwn eṛasthj eſxath kakhlukh.

Quo de alienissimo ad amandum tempore plura post in eleg. VIII.

(97) –TURBA CIRCUMSTETIT ARTA] In veteribus quibusdam, *Circumterit atra*.

⁴⁸ En el original *fundere*. Creemos que se trata de un error, pues ninguna edición utilizada por nosotros la recogen, ni en el desarrollo del texto de la elegía, ni en notas a pie de página.

⁴⁹ El texto de Suetonio dice así: <...> *quod nullis calamitatibus...clade Variana <...>*.

(98) DESPUIT IN MOLLIS SIBI QUISQUE SINUS] Quid esset, *In sinum despere*, iam dictum. nisi hic illud significet, rideri propterea senem, vulgoque contemni. Plautus in Curg. <PLAVT. Curc. 504>

Qui constitit, culpatur, consputatur, vituperatur.

Eodem modo Theocritus in *Boukol isk%* <Theoc. Idyll. 20, 11>

Toiaðe muqizoisa, trij ej̄ eþh eþtuse kol pon.

(99-100) –TIBI DEDITA SERVIT/ MENS MEA.] In veteri libro Sfortiae, non *Dedita*, sed *Debita*. Sed illud, opinor, rectius. *Dedita* enim, id est, valde data. ut et Festus interpretatur. Idem Tibullus in. II. <TIB. 2, 5, 11>

Tu procul eventura vides, tibi deditus augur.

Et Lucret. in. III. <LVCR. 3, 647-648>

*Et simul in pugnae studio quod dedita mens est,
Corpore cum reliquo pugnam caedesque petescit.*

Ovid. quoque in. II. Amor. <OV. am. 2, 9, 11>

Hos tua sentimus populus tibi deditus arma.

(100) –QUID MESSES URIS ACERBA TUAS.] Proverbiū id fuisse apparent.

ELEGIA TERTIA

Hoc de Messalla quid tandem statuerem, diu, multumque dubitavi. nam, cum Tibulli aequalem illum fuisse necesse sit, Bibaculo, et Catone, et Catullo posteriorem fuisse oportet. et tamen auctor quisquis est libri de inlustribus grammaticis, quo loco de grammaticorum appellatione multa disserit, horum supparem videtur facere. sic enim est apud illum <SVET. gramm. 4>

Messalla Corvinus in quadam epistola non esse sibi dicens rem cum Furio Bibaculo, nec cum Sigida quidem, aut litteratore Catone <...>

et quae sequuntur.

Aut igitur Messalla hic diutissime vixit, aut illorum se scripta non attigisse significat. Vnde vero Messalla dicatur docet Seneca in libro de brevitate vitae, cap. XIII <SEN. dial. 10, 13, 5>

Sane et hoc ad rem pertineat, quod Valerius Corvinus primus Messanam vicit, et primus ex familia Valeriorum, urbis captae in se translato nomine, Messana appellatus est, paullatimque vulgo permutante litteras, Messalla dictus est.

(3) PHAEACIA TELLUS⁵⁰] Ovid. in elegia de morte Tibulli, <OV. am. 3, 9, 47-48>

*Sed tamen hoc melius, quam si Phaeacia tellus
Ignotum vili supposuisset humo.*

(4) ABSTINEAS AVIDAS MORS PRECOR ATRA MANUS] In omnibus fere libris veteribus, *Mors modo nigra manus*. Sed illud propter eam, quae sequitur, iterationem aptius. Ovid. in elegia de Tibulli morte, <OV. am. 3, 9, 19-20>

*Scilicet omne sacrum mors importuna profanat,
Omnibus obscuras iniciit illa manus.*

⁵⁰ En A₃, Terris.

At ipsum dicendi genus ab optimis auctoribus frequentatum. Cic. in. III. ad Att. <CIC. Att. 3, 7, 2>

Quod me ad vitam vocas, unum efficis, ut a me manus abstineam.

Plautus in Pseudolo. <PLAVT. Pseud. 981>

Credo in tenebris conspicatus si sis me, abstineas manum.

Et in Poenulo, <PLAVT. Poen. 282>

Deos quoque aedepol et amo, et metuo quibus ego tamen abstineo manus.

Nigram quoque mortem Theocritus⁵¹ dixit. <Hes. Op. 154-155>

<...> *Qahatoj te kaillek pl agouj per' ebhtaj
eij emel aj* <...>

(5) –NON HIC MIHI MATER] Sequitur post illa, apud Ovidium, <OV. am. 3, 9, 49-50>

*Hic certe manibus fugientes pressit ocellos
Mater, et in cineres ultima dona tulit.*

In votis solebat esse, mori in patria. alibi, triste putabatur Theocr. in epigram. <Theoc. Ep. 9, 3-4>

*Kailgar egyptoiouton ejkw potmon. antildepol laj
Patriidoj ojneihh keimai efeosamenoj.*

Et alibi, <Theoc. Ep. 11, 3>

Euhin ejayan etairoi ephilceihhj cehon oita.

(6) QUAE LEGAT IN MAESTOS OSSA PERUSTA SINUS] Sic Propert. <PROP. 1, 17, 11-12>

*An poteris siccis mea fata reponere ocellis,
Ossaque nulla tuo nostra tenere sinu.*

⁵¹ Nuevamente vuelve a dar como perteneciente a Teócrito una cita que hoy se considera de Hesíodo.

Et in. IV. idem Propert. <PROP. 4, 1, 127-128>

*Ossa que legisti, non illa aetate legenda
Patris- <...>*

Et, ut opinor, idem Propert. alibi. <PROP. 2, 24, 49-50>

*Noli nobilibus, noli conferre beatis,
Vix venit extremo qui legit ossa die.*

Legebant autem, ossa, ac deinde componebant. Idem alibi Propert. <PROP. 2, 24, 35-36>

*Tu mea compones, et dices, Ossa, Properti,
Haec tua sunt <...>.*

(7) ASSYRIOS CINERI QUAE DEDAT ODORES] Sic alibi. <TIB. 2, 2, 3-4>

*Vrantur pia tura focus, urantur odores,
Quos tener e terra divite mittit Arabs.*

Et in eandem sententiam in. III. <TIB. 2, 17 y ss.>

*Pars quae sola mei superabit corporis, ossa
Incinctae nigra candida veste legent,
Et primum annoso spargent collecta lyaeo,
Mox etiam niveo fundere lacte parent.
Post haec carbaseis umorem tollere ventis,
Atque in marmoreo ponere sicca domo.
Illic quas mittit dives Panchaia merces,
Eoique Arabes, dives et Assyria.
Et nostri memores lacrimae fundantur eodem,
Sic ego componi versus in ossa velim.*

Quod autem odoribus, ossa condirentur, id vero externum fuit. Quod significare Corn. Tacit. videtur in XVI. de Poppaeae corpore. <TAC. ann. 16, 6>

*Corpus, inquit, non igni abolitum, ut Romanus mos, sed regum externorum
consuetudine differtum odoribus conditur, tumuloque Iuliorum infertur.*

At, quando primum coepta sint cremari corpora, Plin. in. VII. nat. hist. tradit. <PLIN. nat. 7, 187>

(11) ILLA SACRAS PUERI SORTES TER SUSTULIT.] Hae ligneae nonnumquam fuerunt, in quibus aliquid erat scriptum. et in situam aquae plenam coniciebantur. quod e Plauti Casina <PLAVT. Cas. 296⁵²> potest intellegi. nonnumquam etiam sortes versibus reddebantur, nisi si etiam in ligneis tabellis versus erant inscripti. Sed harum meminit Aelius Spartianus⁵³ in Alexandro Severo. <LAMPR. Alex. 14, 3>

Ipse, inquit, cum vatem consuleret, hos accepisse dicitur versus, et primis quidem sortibus: Te tenet imperium caeli, terraeque marisque.

Cum vero primas sortes dicat, plures fuisse facile intellegis, et cur ter illam sortis sustulisse Tibullus dixerit. Puerum vero e triviis dicit, **tuxohta**, qui cum sortibus in vicis appareret aut vocatus temere, minimeque suspectus tollendis sortibus.

(11-12) –ILLI/ RETTULIT E TRIVIIS OMNIA CERTA PUER] Pro **Illi**, veteribus in libris, **Ille**, ac pro **Omnia, Omina**.

(13) CUNCTA DABANT REDITUM] In veteribus libris, **Reditus**, multitudinis numero.

(13) -DETERRITA NUMQUAM.] **Nusquam**, in veteribus libris.

(14) QUIN FLERET] **Quam fleret**, in nonnullis. in nonnullis, **Cum fleret**. quod idem valet. Sententia vero ipsa difficilior, et propter **Cum** particulae lectionem, et usum verbi **Deterrita**. Nam, si omnia bona omnino signa fuerant, cur deterreretur, ut fleret. facilius illud erat, et aptius, opinor, teneri illa non potuit, **quin fleret**, et quae sequuntur. Nisi pro **Tamen** particula, **Tantum** legamus. hoc sane sensu, *bona omnino erant omina, quibus id proficiebat tantum, ne deterreretur umquam illa, cum me discedentem multis lacrimis prosequeretur*.

(18) SATRUNI SACRAM ME TENUISSE DIEM]⁵⁴ In veteribus libris est, **Timuisse**, pro **Tenuisse**. Quod ad eius vero diei religionem attinet, nihil dum inveni, quo quid explicem. dubitari potest, diemne Saturni cuiusque dicat hebdomadis, an Saturnaliorum tempus, hoc probabilius. multa enim illis diebus agere nefas erat. Legitur etiam in veteribus libris, **Saturni aut sacram**.

⁵² Reza así: <...> efferto cum aqua et sortis.

⁵³ Estaço introduce una cita de Alejandro Severo como perteneciente a Elio Spartiano, cuando realmente se trata de una obra de Elio Lampridio; el texto reza así: *Ipse cum vatem consuleret de futuris, hos accepisse dicitur versus, adhuc parvulus et primum quidem sortibus: Te manet imperium caeli terraeque.*

⁵⁴ En el original falta el símbolo]; lo restituimos nosotros.

(20) OFFENSUM IN PORTA] De pedis offensione, Valerius Max. Plinius <PLIN. nat. 2, 24/7, 181>, ceterique permulta. insignes etiam loci sunt, Ovidii in Amoribus. <OV. am. 1, 12, 3-4>

*Omina sunt aliquid modo, cum discedere vellet,
Ad limen digitos restitit icta Nape.*

Et apud eundem Laodamia, <OV. epist. 13, 88>

Pes tuus offenso limine signa dedit.

Et in libris Metam. de Myrrha, <OV. met. 10, 452>

Ter pedis offensi signo est revocata.

(22) –PROHIBENTE DEO.] Malo amorem ipsum intellegere, quam Ianum. de quo quid scribat Festus Pompeius <FEST. 152/ 358/ 380/394>, non sum quidem nescius. Sed illud huic loco omnino aptius.

(23) QUID TUA NUNC ISIS TIBI DELIA] in veteribus libris, ***Mihi***, pro, ***Tibi***. idque magno consensu. *Suam vero Isidem dicit, ut alibi, Suam Venerem* <TIB. 3, 6, 47⁵⁵>

(24) ILLA TUA TOTIENS AERA REPULSA MANU] Sistra, opinor, ipsa intellegit, quae ***abol tou= seikin*** esse dicta scribit interpres Hephaestionis. quae cuiusmodi fuerint, scire potest quisquis in Valentianiani imperio nummos incidit, in quis et ***ohokefalou=*** est imago, et Hadriani imperio in quibus est, AEGYPTVS. At Alexandri Imperio eadem species est in vetustissimo lapide Romae in Sanctae Mariae Transtiberinae templo, scalptis utrimque ramis laureis.

(25-26) QUIDVE PIE, DUM SACRA COLIS, PUREQUE LAVARI/ TE MEMINI] In veteribus libris ita dispunguntur haec Tibulli verba, ut ad verbum, ***Memini***, punctum sit adpositum. facilius putabam, si, ***Memini***, per parenthesim positum esse intellegetur. neque enim parenthesis signo, quo nunc uti solemus, veteres sunt usi. totamque dispungendi rationem longe aliam fuisse constat. Sed in sacris, aut antequam sacra facerent veteres idem vivo flumine lavabant. Sin alio modo malumus intellegere, vel hic locus unus contra Capri, opinor, sententiam ostendit verbum ***Memini*** cum infinito tam instantis, quam praeteriti temporis posse coniungi.

⁵⁵ En ediciones actuales, III 7, 16. El texto completo es: *Iunonemque suam perque suam Venerem.*

(26) –ET PURO SECUBUISSE TORO] Ad deos enim caste adibant. Idem in. II. eleg. I. <TIB. 2, 1, 11-12>

*Vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris,
Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.*

Apud Ovidium in. II. Fast. <OV. fast. 2, 327-330> Omphale, atque Hercules eandem ob caussam secubuere.

*Sic epulis functi, sic dant sua corpora somno,
Et positis iuxta secubuere toris.
Caussa repertori vitis quia sacra parabant,
Quae facerent pure, cum foret orta dies.*

Puro autem, libidinum, et impurae voluptatis experie. quo modo *Purum*, et *Impurum* dixit Martialis in. XI. de Meneio <MART. 11, 61, 14>

Nec purus esse, nec postest esse impurus.

Isdem de sacris eandem prope querellam querens Propertius in. II. <PROP. 2, 33, 17-18>

*Quidve tibi prodest viduas dormire puellas,
Sed tibi, crede mihi, cornua rursus erunt.*

(29) VT MEA VOTIVAS PERSOLVENS DELIA VOCES] Vota suscepta. id est, hymnos. quas idem statim vocat *laudes* <v. 31>. verbum autem **Debet** <v. 32>, ad votum pertinet susceptum. Sed est in veteri libro Sfortiae, *Et mea*.

(30) ANTE SACRAS LINO TECTA FORES SEDEAT.] lino enim tectis Isidi sacra fiebant. Ovidius, <OV. met. 1, 747>

Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.

Et Suet. in Othone, <SVET. Otho 12>

Sacra etiam Isidis saepe in linea religiosaque veste propalam celebravit.

Quo, ut videbatur, habitu memini me Venetiis apud Andream Lauredanum⁵⁶ sacerdotem Isidis videre. E religione eadem fuit. Sedere ante fores, et ante pedes, tum narrare etiam beneficia deorum. Proper. in. II. <PROP. 2, 28, 45-46>

*Ante tuosque pedes illa ipsa adoperta sedebit,
Narrabitque sedens longa pericla sua.*

(33) AT MIHI CONTINGAT] In Vaticano est, *Ac*, non, *At*, et in extremo margine, pro *Ac*, *Fac* nec id, opinor, inscite.

(33) –PATRIOS CELEBRARE PENATES] Peregre enim qui redibant, deos penates ibant salutatum. Senex, apud Terentium, e Sicilia reversus, inquit <TERENT. Phorm. 311-312>

*At ego deos penates hinc salutatum domum
divertar <...>.*

(34) REDDEREQUE ANTIQUO MENSTRA TURA LARI] Quem floribus bis ornabant quotannis. ture singulis mensibus. *Antiquum* vero *Larem* sic dicit, ut in. II. <TIB. 2, 1, 59-60>

*Rure puer verno primum de flore coronam
Fecit, et antiquis inposuit laribus.*

De ture, quo fiebat, Iuven. <IVV. 9, 137-138>

*O parvi nostrique Lares, quos ture minuto
Aut farre, et tenui soleo exornare corona.*

⁵⁶ Andrea Loredano, miembro de una familia veneciana conocida a partir del s. XI. Su casa, considerada hoy en palacio, fue la residencia del aspirante a rey ‘Carlos VII’, en los años posteriores a la tercera guerra carlista.

Lares autem et publici erant, et privati. Plin. in. XXI.<PLIN. nat. 21, 11⁵⁷>. Sed Vaticano in libro **Tura** sic scriptum erat, ut aspirationis quidem abesset nota, supra tamen vocalem ipsam **V**. Asperi nota spiritus esset haec **C** quod et in meo veteri Terentii exemplo accurate descripto observatum a librario animadverti in Andriae prologo in verbo, **Perintiam**, supra vocalem **A**. cum supra. **T**. consonantem esse deberet eodem posito aspirationis signo. quae ut olim fuerit scribendi ratio vetus, non ea tamen est vetustissima. neque aut ullo in lapide, veteribus notis inciso, aut vetustissimo libro aliquo factum video. Sine eiusmodi enim signis spirituum, accentuumque reliquorum sua fere veteres scriptitabant. Quod ad verbum vero ipsum **Tu***, adtinet, magis equidem vetustissimi illius exempli Vergiliani codicis, quem Rodulphus Card. Carpensis mihi utendum dedit, fide, atque auctoritate moveor, ut sine aspiratione ulla scribam, quam quo modo hodie scribunt. Etymonque **tou=quéin** mihi quidem tanti non fuit, ut ab optimi libri scriptione discederem.

(35) QUAM BENE SATURNO VIVEBANT REGE] **Quam bene**: Vergilius, Ovidius, ceterique multa in eandem sententiam. Verg. in. I. Georg.⁵⁸ <VERG. georg. 2, 538>. Ovid. in. III. amor. eleg. VII.⁵⁹ <OV. am. 3, 8, 35> qui hunc simillime locum tractavit.

(36) TELLUS IN LONGAS EST PATEFACTA VIAS] Ovid. in. II. Amorum <OV. am. 2, 16, 16>

In longas orbem qui secuere vias.

Ac post idem Ovid. <OV. am. 2, 16, 18>

Si fuit in longas terra secunda vias.

(39) NEC VAGUS IGNOTIS REPETENS COMPENDIA TERRIS] **Compendia**, quae lucra alibi <TIB. 1, 9, 7/9> vocat. In eandem prope sententiam Manilius in. I. <MANIL. 1, 87-88>

*Et vagus incertum penetravit navita pontum,
Fecit et ignotis itiner commercia terris.*

Et in. IIII. <MANIL. 4, 170-171>

*Totque per ignotas commercia iungere terras,
Atque alio sub sole novas exquirere praedas.*

⁵⁷ La cita es: <...> *deorum honos erant et Larum publicorum privatorumque.*

⁵⁸ Se trata de Verg. georg. 2. El texto es: *aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.*

⁵⁹ En ediciones actuales, se trata de elegía 8. Reza así: *At cum regna senex caeli Saturnus haberet.*

(41) ILLO NON VALIDUS] cum sponte scilicet omnia vulgo nascerentur.

(42) NON DOMITO FRENOS] Cum sponte pareret.

(43- 44) –NON FIXUS IN AGRIS,/ QUI REGERET CERTIS FINIBUS ARVA LAPIS] Quo de lapide intellegenda sunt etiam Vergilii illa in. XII. <VERG. Aen. 12, 897-898>

*Saxum, immame, ingens, campo quod forte iacebat
Limes agro positus litem ut discerneret arvis.*

(45) IPSAE MELLA DABANT QUERCUS] Vergil. <VERG. ecl. 4, 30>

Et durae quercus sudabant roscida mella.

Et Ovid. <OV. met. 1, 111-112>

*Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
Flavaque de viridi stillabant ilice mella.*

(47-48) NON ACIES, NON IRA FUIT, NON BELLA, NEC ENSES/ INMITI SAEVUS DUXERAT ARTE FABER.] Multis hoc ipsum verbis, et Lucretius, et Vergilius. Sed in veteribus libris unitatis numero, *Ensem*, non, *Enses*.

(49) NUNC IOVE DOMINO CAEDES, ET VULNERA] ut illa quidem fuerunt sub Iove nondum Barbato, ut ait Juvenalis <IVV. 6, 14-15⁶⁰>, ita haec eo iam imperante, tristia sunt consecuta. Sed in Colotii libro, aliisque nonnullis pro, *Et vulnera*, repetitum, *Nunc vulnera*.

(54) FAC LAPIS INSCRIPTIS STET SUPER OSSA NOTIS] Non, ut nunc iacebant lapides illi sepulchrales.

⁶⁰ El texto reza así: <...> *et sub Iove, sed Iove nondum / barbato, <...>*.

(55) HIC IACET INMITI CONSUMPTUS MORTE TIBULLUS] in veteri libro Sfortiae erat, pro **Morte, Marte**. Sententia non inelegante. Consumi aliquem morte, et confici, sic dixit, ut et Horatius *Plagis consumere* <HOR. epist. 2, 2, 97>

Caedimur, et totidem plagis consumimus hostem.

Mars autem ipse homicida etiam ab Homero dici solet.

(58) –DUCET IN ELYSIOS] Eodem in libro, *Ad Elysios*. Sic fere mortem significat. in. III. enim, <TIB. 3, 5, 23>

Elysios olim liceat cognoscere campos.

Et Verg. in. I. Georg. <VERG. georg. 1, 38>

Quamvis Elysios miretur Graecia campos.

(61) –TOTOSQUE PER AGROS] ut et Verg. <VERG. ecl. 1, 11-12>

*<...> -undique totis
Vsque adeo turbamur agris.*

(62) –TERRA BENIGNA] Idem in. III. <TIB. 3, 3, 6>

Et magnas messes terra benigna daret.

(63) AC IUVENUM SERIES TENERIS IMMIXTA PUELLIS] vetus Colotii liber habuit, **Hic iuvenum series**. In Sfortiae libro est, *Ac series <iuvenum>*.

(64) –ET ADSIDUE PROELIA MISCET AMOR⁶¹] intellegi hoc quidem possit et de iuvenum cum puellis congressu, atque concubitu. de quo Verg. <VERG. Aen. 11, 736>

At non in Venerem segnes, nocturnaque bella.

Et, de amantium ira. **Bellum**, ait Terentius <TERENT. Eun. 61⁶²>, **pax rursum**. Idem Tibullus post, eleg. X. <TIB. 1, 10, 57-58>

*At lascivus amor rixae mala verba ministrat,
Inter et iratum lentus utrumque sedet.*

Ovid. in. II. de remedio Amoris <OV. rem. 661-662>

*Saepe reas faciunt, et amant, ubi nulla simultas
Incidit, admonitu liber oberrat amor.*

Amantium iram significans Menander dixit. <Men. Mon. 797, 1>

Orgh! fil ouatwn oJ igoN ijsxuëi xrohon.

Exprimens hoc Terentius, <TERENT. Andr. 555>

Amantium irae amoris integratio est.

(66) ET GERIT INSIGNI MYRTEA SERTA COMA.] Myrtus, Veneri sacra. hinc propterea sibi coronas plectere amantes, ac conficere, solebant. Ovid. in. II. de arte amandi, <OV. ars 2, 734>

Sertaque odorata myrtea ferte coma.

Amantes quoque ipsos vita functos myrtea in silva errare dicit Vergilius in. VI. <VERG. Aen. 6, 442-444>

*Hic quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, et myrtea circum
Silva tegit. <...>*

⁶¹ En el lema, *amor*; en A₃ aparece *Amor*.

⁶² El texto de Terencio es: *bellum, pax rursum incerta haec si tu postules.*

(67) AT SCELERATA IACET SEDES] Eodem modo Ovid. in. IV. Metam. <OV. met. 4, 451-456>

<...> *-illa sorores*

*Nocte vocat genitas grave et implacabile nomen
Carceris ante fores clausas adamante sedebant,
Deque suis atros pectebant crinibus angues.
Quam simul agnorunt inter caliginis umbram,
Surrexere deae. sedes scelerata vocatur.*

Et quae sequuntur, huic apta loco.

(69) INPEXA FEROS PRO CRINIBUS ANGUES.] Et Ovidii similia illa <OV. met. 4, 454⁶³>, et haec Vergilii in IV Geor. <VERG. georg. 4, 482>

<...> *-caeruleosque inplexae crinibus angues.*

Legendumque fortasse hoc loco, *Inplexa*.

(71) TUM NIGER IN TURBA SERPENTUM] In veteri libro erat, *Hic niger*. Pro eo autem, quod sequitur, *In turba*, in omnibus fere est, *In porta*. Fabulas ipsas non attingam. sunt enim valde notae, et a poetis Graecis, Latinisque tritae saepius, ac celebratae.

(71-72) –SERPENTUM CERBERUS ORE/ STRIDET] legendum, *Stridit*, ut saepe Verg. Docti homines interpretantur, vel quod serratos dentes habeat, **xarkarodontia** enim illum dicit Hesiodus. vel quod in cauda draconem habere dicatur. vel quod ex Echidna, et Tiphaone cum Arthro Gerionis cane et chimera natus sit. Idem in. IV. <TIB. 3, 4, 87>

Nec canis anguinea redimitus terga caterva.

Ovid. in. III. Amor. <OV. am. 3, 12, 26>

Et tria vipereo fecimus ora cani.

⁶³ El texto de Ovidio reza: *deque suis atros pectebant crinibus angues.*

(74) VERSATUR] omnibus in libris erat, *Versantur*, nec de eo dubitandum. idem post celerem rotam dixit, et versare verbo est usus, <TIB. 1, 5, 70>

Versatur celeri fors levis orbe⁶⁴ rotae.

(79) ET DANAI PROLES, VENERIS QUOD NUMINA LAESIT] in omnibus fere veteribus libris, *Veneris quae numina laesit.*

(83) AT TU CASTA PRECOR MANEAS] Sic Horat. <HOR. carm. 3, 7, 32>

<...> *Difficilis mane.*

Eamque vim videtur habere, quam verbum apud Graecos *Diateleia.*

(85) HAEC TIBI FABELLAS REFERAT] Historias, ut ait Flaccus, doceat, non tamen *peccare docentes* <HOR. carm. 3, 7, 20>. Hoc autem *katal toh oñhrikoh oñusseka*, dictum videtur <Hom. Il. 2, 200>

batremaj, h̄sqai kailal l̄wa muqon akouéin

(89) TUNC VENIAM SUBITO⁶⁵, NEC QUISQUAM NUNTIET ANTE.] In veteri libro, qui est Florentiae in S. Laurentii, erat, *Ne quisquam.*

(93) HOC PRECOR HUNC ILLUM] Quod in libro veteri, *Haec precor*. Ego vero legendum putabam, *Hunc precor hunc illum, nobis aurora nitentem*. Ac pro *Nitentem*, est etiam in quibusdam, *Rubentem*. Ovid. in. III. Amorum⁶⁶ similiter, <PS. OV. EPICED. Drusi, 281-282>

*Hunc aurora diem, spectacula tanta ferentem,
Quamprimum croceis candida portet equis.*

⁶⁴ Restituimos *Orbe*, como en A₃. En el original hallamos aquí la grafía *ae* (*orbae*).

⁶⁵ En A₃ hay dos puntos y no coma detrás de *subito*.

⁶⁶ No se trata de *Amores*, sino del *Epicedio a Druso*, que se atribuía a Ovidio.

Similiter optat post, elegia. VII. <TIB. 1, 7, 63-64>

*At tu natalis multos celebrande per annos
Candidior semper, candidiorque veni.*

Candidum vero nonnumquam mihi significare videtur idem, quod *Laetum*. Sic prope in excerptis Sallusti in epist. ad C. Caesarem senem <PS. SALL. rep. 1, 3, 3>

Contra, qui benignitate et clementia imperium temperavere, his laeta, et candida omnia visa.

ELEGIA QUARTA

(1) SIC UMBROSA TIBI] Tota haec est de arte amandi elegia. multaque sunt eadem praecepta apud Ovid. praesertim quae pertinent ad obsequium. in II <OV. ars 2, 181>

Obsequio tranantur aquae.

Et quae sequentur, atque ante haec, nonnulla. *Sic*, particula optantes, adprecantesque poetae utuntur. Idem in II elegia V <TIB. 2, 5, 121-122>

*Annue, sic tibi sint intonsi Phoebe capilli,
Sic tua perpetuo sit tibi casta soror.*

Verg. in Bucol. <VERG. ecl. 10, 4-5>

*Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat undam.*

(3) QUAE TUA FORMOSOS CEPIT SOLLERTIA] Eodem verbo Propertius suo in amore usus <PROP. 1, 1, 1>

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis.

Translatum⁶⁷ a venatione. Eodem modo Meleager <AP 873>:

*K' autoj eřwj optano" eh aijeri dešmioj hļ w Tolj soij agrol uqeij
ořmasi timation*

(4) NON TIBI BARBA NITET, NON TIBI CULTA COMA EST.] Numero est usus, a se non alibi frequentato. Sic enim fere pentametrum facit, prior ut pars, quod ad temporum rationem attinet, posterior esse non possit, nisi posterioris caesurae pes sit trisyllabus. Aut igitur pentametri prioris caesurae pes posterior est trisyllabus, aut ita quidem se habet ipse, ut transferri, invertique propter temporum rationem partes non possint.

(5) PRODUCIS FRIGORA] hiemem conficis. Sic, opinor, Horat. <HOR. epist. 1, 5, 11>

Noctem sermone, dixit, extendere.

⁶⁷ Tralatum en el original.

(6) SICCA CANIS] Insuavior syllabarum **Ca Ca** concursus, et, ut nonnulli vocant, adlitteratio. Propert. in II idem significans, **Canem siccum** dixit <PROP. 2, 28, 3-4>

**Venit enim tempus, quo torridus aestuat aer,
Incipit et sicco fervere terra cane.**

(7) –TUM BACCHI RESPONDIT RUSTICA PROLES.] Bacchi enim filium fuisse Orum Thebanum, tradidisse adfirmat auctor magni Etymologici, in verbo, **Abarnidh**⁶⁸.

(8) ARMATUS CURVS SIC MIHI FALCE DEUS] Quia deorum numero sit agricolarum, falcem manu tenet, qua fures territat. Falcem enim agricolae insigne esse, ac propterea Saturno etiam tributam fuisse, scribit Festus in verbis, <FEST. 202> **Optima spolia. Armatum** vero dicit, telum tenentem, non arma indutum. Et *Arma* etiam illa, quae feriunt, non tantum, quae muniunt, ac defendunt. Lucan. <LVC. 1, 348-349>

<...> **-arma tenenti
Omnia dat, qui iusta negat.**

Atque ante hunc Horat. lib. II Serm. sat. VII <HOR. sat. 2, 7, 98-100>

<...> **-velut si,
Re vera pugnant, feriant vintentque, moventes
Arma viri.**

Et in Ibin Ovid. <OV. Ib. 256>

Armatusque tulit volnus inerme potens.

⁶⁸ Perkwthn <.> kaił Ḵabarniда maaqoessan,
Perkwth d' estiłpol ij Troiaj Ḵabarnij deł pol ij
Lamyakou <...>.

(11) –ANGUSTIS QUOD EQUUM COMPESCIT HABENIS] Coercere verbo eodem in genere usus Varius <MACR. Sat. 6, 2, 19, 4-6>

<*Varius de morte*>: **-quem non ille sinit lenta moderato habenae,**
Qua velit ire, sed angusto prius ore coercens
Insultare docet campis, fingitque morando.

(12) –NIVEO PECTORE PELLIT AQUAM] Secat. Verg. in. IX. <VERG. Aen. 9, 102-103>

<...> **-qualis Nereia Clotho,**
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.

Niveo pectore: idest, pulchro, et candido. ut et Theocritus,⁶⁹ <Bion Adonis 10>

<...> **-xioneħaj katalsar koj** <...>.

(13) –QUIA FORTIS ADEST AUDACIA] **Adest**, pro, **Est.** Sic in. IV. <TIB. 4, 5, 6⁷⁰>

Si tibi de nobis mutuus ignis adest.

Audacia fortis: alacris, non *fortis* propter consideratam periculorum susceptionem.

(13 –14) –AT ILLI/ VIRGINEUS TENERAS STAT PUDOR ANTE GENAS] Rubor in genis, quod imprimis formam auget. Idem paene significans in. III. eleg. IV. <TIB. 3, 4, 31-32>

Vt iuveni primum virgo deducta marito
Inficitur teneras ore rubente genas.

Teneritas vero ipsa, cum pulchritudine fere coniuncta. Veteris poetae versus est, apud Hephaestionem <Heph. Poēm. 16, 23>

Eiymoi gehoito parqehoj kal h/te kailte reina.

⁶⁹ La cita la hemos hallado perteneciente a Bión Bucólico, *Epitaphius Adonis, 10*.

⁷⁰ En ediciones actuales, TIB. III, 11, 6.

Illud autem, quod fere Proverbio dicebatur, etiam ad commendationem formae pertineat, <h. Hom. H. Cer. 214>

<...> **ερ' οἵμασιν αἰδώς.**

(15) SED NE TE CAPIANT] in veteri libro Sfortiae, *Sed te ne capiant*. Atque haec iam Tibullo respondentur, constantia se id adsecutum, ut etiam amaretur.

(17) LONGAS DIES DOCUIT PARERE LEONES] Ovidius in. IV. Tristium <OV. trist. 4, 6, 5>

Tempore Poenorum compescitur ira leonum.

Atque ibi multa in hanc sententiam. Et apud eundem, *Longa dies*, idest longum tempus, in. XIV. Metam. <OV. met. 14, 147-148>

*Tempus erit, cum de tanto me corpore parvam
Longa dies faciet- <...>*

Et Vergil. in. VI. <VERG. Aen. 6, 745-746>

*Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem <...>*

Et in. V. <VERG. Aen. 5, 783>

Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla.

Cic. <CIC. De divi. 1, 103> *Dies ipsa.*

(18) LONGA DIES MOLLI SAXA PEREDIT AQUA] Aptissimo est usus verbo, quo et Lucretius, <LVCR. 1, 326>

Nec mare quae impendent vesco sale saxa peresa.

Sententiam vero eandem praeter Choerilon, etiam Bion expressit <Bion Fr. 4, 1-2>

**E' k qaminhj rāqatniggoj ókwj l óqoj aibilibis#j
x' a! iqoj ej rwxmon koil aihetai.**

Et Propertius in. II. <PROP. 2, 25, 15-16>

*Sed tamen obscura teritur robigine ferrum,
Ferreus, in parvo saepe liquore silex.*

(19) ANNUS IN APRICIS MATERAT COLLIBUS UVAS] Ovidius, notato iam supra loco,⁷¹
<OV. trist. 4, 6, 9-10>

*Tempus ut extensis etiam facit uva racemis,
Vixque merum capiant grana, quod intus habent.*

(20) ANNUS AGIT CERTA LUCIDA SIGNA VICE] **Tal^afainomena**. de quibus etiam Ovid. in.
I. Fast. <OV. fast. 1, 2>

Lapsaque sub terras, ortaque signa canam.

Agit autem *signa* dicit ab anno. Contra Verg. in. I. Georg. <VERG. georg. 1, 5, 6>

*<...> -vos o clarissima mundi
Lumina, labentem caelo quae ducitis annum.*

Manil. in. I. simillime <MANIL. 1, 109-110>

*Adtribuitque suas formas, sua nomina signis,
Quasque vices agerent, certa sub lege notavit.*

Et in eandem sententiam videtur illa scripsisse Theophilus ad Autolicum libro primo
<Theophilus Apol. Ad Autolycum 1, 4, 14-16>

*<...> ἡι ιοj. Και σει hhh, και λαjτερεj
stoixeia aujou-eijsin. Ei j shmeia=kai leij kai rouj, kai leij
hmeraj, kai leij ehi autouj gegonota <...>.*

Atque idem sensisse Aristoteles, tempus ipsum definiens, videtur. Aratus, **Shmata**
eodem modo dicit <Arat. 1, 10>:

Autoj gar tage shmat' eh ouranw=ej thrizen.

⁷¹ Cf. v. 17.

Et interpres <Schol. in Arat. 10, 7ss.>:

*Qel ei gar touj aſteraj shmeia=leghn thhdh kairwa kal wj del touj asteraj
shmeia=eipe. Kailgar o(poithj toh komhthn aſtera shmeion eihai polemou
legei, h̄nauthsi teraj.*

(21-22) –VENERIS PERIURIA VENTI/ INRITA PER TERRAS, ET FRETA SUMMA FERUNT] Idem
in. III. <TIB. 3, 7, 17-18⁷²>

<...> -periuria ridet amantum
Iuppiter, et ventos inrita ferre iubet.

Totidem prope verbis Ovid. in. II.⁷³ de arte amandi <OV. ars 1, 633-634>

*Iuppiter ex alto periuria ridet amantum,
Et iubet Aeolios inrita ferre notos.*

Idem significans Propertius etiam in. II. <PROP. 2, 16, 47-48>

*Non semper placidus periuros ridet amantes
Iuppiter, et surda neglegit aure preces.*

Atque idem alibi, <PROP. 2, 28, 7-8>

*Hoc perdit miseras, hoc perdidit ante puellas,
Quidquid iurarunt, ventus, et unda rapit.*

Isdem prope verbis Ovidius in. V. Fast. <OV. fast. 5, 685-688> ne fraudi sint *periuria*,
precari Mercurium videtur,

*Sive deum prudens alium, divamve fefelli
Abstulerint celeres improba verba noti.
Et pereant veniente die periuria nobis,
Nec curent superi, si qua locutus ero.*

Et in. III. Amorum <OV. am. 3, 3, 11-12>

*Scilicet aeterni falsum iurare puellis
Di quoque concedunt, famaque numen habet.*

⁷² En ediciones actuales, TIB. III, 6, 49-50.

⁷³ En ediciones actuales, libro I.

Sed ante hos omnes Hesiodus, Sophocles, Plato, Menander, et Callimachus. Hesiodus, ut adfirmat Apollodorus in I Bibliothecae <Apollod. *Bibliotheca* 2, 5, 6-10>. apud quem sic est, de Ino, et Iove:

**Fwraſqeij uſt h̄raj th̄j meh koſhj
aſyoumenoſ eij boua metamwrfwſe I eukhh auſhh delabwmoſato
mhſunel qeia. diolhsih Hisbdoj ouk epiſpaſqai
thh aþol twa qewa oþhh touj ginomehouj
oþkouj uþer eþwtoj.**

Sophocles vero apud Stobaeum, <Stob. 3, 28, 5, 2>

Afrodiſioj oþkoj ouk eþpoihimoj.

Et apud eundem Callimachus <Stob. 3, 28, 9, 2-3>, ut ego quidem priorem versum legendum puto,

**Wnoſen a) l all eþousi qewa pote touj eþ eþwti
oþkouj mhldunein oujat' eþ aþanatwn.**

aut pro **Qewa**, legendum forte **Qe#wn**. Plato apud Athenaeum in. XII. XII <4> :

Platwn <Pl. Phlb. 5-7> **delej t%=< Fil hb% > f\$sin.**
**hþonhlmeh gar apahtwn a) azoneſteron, wj dell oþoj kailej
taij hþonaij taij periſtal#Afrodiſia aiþh megistai dokousin
eþhai, kail toleþiorkein suggnwhhn eij hfe paralqewa <...>.**

(23) GRATIA MAGNA IOVI] Est. Sic Terentius in Adelphis <TERENT. Ad. 121-122>:

**Est dis gratia,
Et unde haec fiant- <...>**

Ovid. eodem , quo Tibullus, modo. <OV. Pont. 2, 1, 19>

Gratia fama⁷⁴ tibi <...>

Atque alibi. <OV. trist. 4, 10, 117>

Gratia musa tibi <...>

⁷⁴ En ediciones modernas *Fama y Musa*, en mayúsculas.

(25) PERQUE SUAS IMPUNE LICET DICTYNNA SAGITTAS] Deorum omnium fortissimum Amorem dicit esse Menander⁷⁵, quod eius unius caussa per ceteros deos peierant amantes. Eius versus apud Stobaeum sunt, <Stob. 4, 20 a, 15, 2-4>

Erwj deltw̄a qew̄a
īsxun ēkwn pl eīsth̄n ēpil toutou deiknutai,
dialtouton ēpiorkousi touj āl ouj qeouj

Consuetudinem autem iurandi per deorum tela fuisse videtur significare Iuvenalis Sat. III. <IVV. 13, 78-83>

*Per solis radios, Tarpeiaque fulmina iurat,
Et Martis, frameam, et Cyrrhaei spicula vatis,
Per calamos venaticis pharetramque puellae,
Perque tuum pater Aegei Neptune tridentem,
Addit et Herculeos arcus, hastamque Minervae,
Quidquid habent telorum armamentaria caeli.*

Sed pro *Dictynna*, in veteribus nonnullis est, *Diana*.

(27) –TRANSIET AETAS] Non insolens declinatio. Sic enim et Terentius, opinor. Et Carisius in. II. idem videtur tradere, his quidem verbis <EXC. Bob. gramm. 2, 150-151>

Item participium exiens, et genitivus exeuntis in quarti ordinis futurum in Am est. sed cum in Bo effertur, quotiens est ex eo, quod est poreubmai, et quae ex ipso derivantur.

Romae, in Basilica Sancti Pauli, in veteri monumento < CIL. 6, 25771 >

NE. DE NOMINE. EXIET.

pro, *EXIBIT*, et , *NE*, pro, *NEC*.

⁷⁵ Corresponde al fragmento 449, 2-4 de Menandro.

(28) QUAM CITO NON SEGNIS STAT, REMEATQUE DIES] Sic omnino distinguendum, haec ut simul legantur. ‘Dies’, inquit, ‘hodiernus, atque hic, qui nunc lucet, sol’. id enim stare dicit, quam brevi tempore it reddit. Non te igitur ulla in amando satietas capiat, sed et inserviendo, et amando dum per aetatem licet, tibi ne desis. Sed hoc ipsum cum iis, quae sequuntur, **ahakol ouqon** videtur. ac, si per vetera liceret exempla, reicerem alio. Scilicet, ut post versum illum, <TIB. 1, 4, 56>

Post etiam collo se implicuisse volet.

legerentur haec ad illum usque versum, <TIB. 1, 4, 38>

Nam decet intonsus crinis utrumque deum.

Sed in Angeli Colotii libro fuisse aiunt, **It, remeatque dies**. Non segnem diem sic dixit, ut et Hippoanax tempus, cuius versus est apud Stobaeum hic, <Stob. 3, 29, 42, 2>

Xrohoj del fugetw se Mhdeleif aþgoj.

(30) QUAM CITO FORMOSAS POPULUS ALTA COMAS] In veteribus libris esse adfirmant, **Alba**, pro **Alta**. in iis certe omnibus, quos vidi, **Alta**. itaque Horat. in. II. Carm. Ode. III. <HOR. carm. 2, 3, 9>

Quo pinus ingens, altaque populus.

(32) QUI PRIOR ELAEO EST CARCERE MISSUS EQUUS] Verg. in III Georg. <VERG. georg. 3, 202-203>

*Hic vel ad Elaei metas, et maxima campi
Sudabit spatia <...>.*

(34) MAERENTEM STULTOS] Aiunt fuisse in veteri etiam libro, **Celeres**, pro, **Stultos**.

(35) CRUDELES DIVI] Andromache apud Ovid. in. XIII. Metam. <OV. met. 13, 517-518>

*Quidve moror, quo me servas damnosa senectus,
Quo di crudeles, nisi quo nova funera cernam.*

(35) CRUDELES DIVI] Sic Verg. <VERG. ecl. 5, 23>

Atque deos, atque astra vocat crudelia mater.

(35) –SERPENS NOVUS EXUIT ANNOS] In veteri libro Sfortiae, *Exuat*. In eandem sententiam Ovidius in. III. de arte amandi <OV. ars 3, 77>

Anguibus exuitur tenui cum pelle senectus.

Et Verg. in. III. Georg. de serpente, <VERG. georg. 3, 437-438>

*Cum positis novus exuvii, nitidusque iuventa
Volvitur <...>.*

Et Nicander in Theriacis <Nic. Ther. 31>:

Thmoj of' ahal elvn fol idwn apedubsato ghraj.

Plinius in. XXX. <PLIN. nat. 30, 25> membranam serpentes dicit exuere, idque canis ortu fieri negat.

Vanum, inquit, esse arbitror, canis ortu angues cauda membranam exuere, quoniam neutrum in Italia visum est, multoque minus credibile, in tepidis regionibus tam sero exui.

Placidus Grammat. in Glossis:

Reduvia, dicuntur spolia serpentum, quibus quotannis senescentes sese exuunt, quasi quibus exuti in iuventam redeunt. dicuntur enim Induviae, Exuviae, Reduviae.

(36) FORMAE NON ULLAM FATA DEDERE MORAM] Nonnullis in veteribus libris, *Non illam*.

(37) –PHOEBO, BACCHOQUE] In nonnullis etiam, *Baccho, Phoeboque. Aeternam* vero *iuuentam* Columella in prooemio operis etiam *Telluri* tribuit <COLVM. 1, praef. 6>⁷⁶.

(39-40) –LIBEBIT,/ CEDAS] In veteribus libris, *Credas*. ut olim Manutius ediderat. In meo quodam etiam, *Cedas*.

⁷⁶ <...> neque prudentis est credere tellurem, quae divinam et aeternam iuuentam fortita <...>.

(40) –OBSEQUIO PLURIMA VINCIT AMOR] Plerumque obsequendo alterius studiis amor, quod voluit, adsequitur. Terent. <TERENT. Andr. 68>

Obsequium amicos <...> Etc.

Et Horat. <HOR. sat. 2, 5, 93>

Obsequio grassare- <...>.

Et Propert. in. I. <PROP. 1, 1, 9-12>

*Melanion nulos fugiendo Tulle labores
Saevitiam durae contudit Iasidos.
Nam modo partheniis amens errabat in antris,
Ibat et hirsutas ille videre feras.*

Et Ovid. in II de arte multo plura de obsequio in amore <OV. ars 2, 179-184⁷⁷>.

(43) QUAMVIS PRAETEXENS PICTA FERRUGINE CAELUM] *Picea*, pro, *Picta*, fuisse dicunt in Colotii libro. mihi tamen hoc alterum probatur. Ac Vergil. in. III. Aen. sic quoque verbo *Subtexere* est usus <VERG. Aen. 3, 581-582>

*Et fessum quotiens mutat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, et caelum subtexere fumo.*

Et Ovid. in. XIII. Metam. de Circe <OV. met. 14, 367-368>

*Quo solet et niveae vultum confundere lunae,
Et patrio capiti bibulas subtexere nubes.*

(44) VENTURAM ADMITTAT IMBRIFER ARCUS AQUAM] Pro, *Admittat*, est in veteri libro Sfortiae, nonnullisque aliis, *Amiciat*. quod ex *Annuntiet* corruptum. Sed id quoque alieno loco ponitur, fuitque opinor grammatici glossema, verbum, *Admittat*, interpretantis, paulatimque in alienum immigravit. in meo enim quodam libro aperte sic est, *Annuntiet*. Nisi forte quis etiam legi velit, *Alliciat*. e quo corruptum sit, *Amiciat*. Sed hoc alii viderint.

⁷⁷ Reza el texto: *Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus/ Frangis, si vires experire tuas./ Obsequio tranantur aquae.../.../ Obequium tigrisque domat Numidasque leones.../.../*

(47) –DUROS SUBIISSE LABORES] In veteri libro fuisse adfirmant, *Obiisse*. ego hoc alterum in iis, quos vidi, omnibus legi.

(48) AUT OPERI ATTERUISSE MANUS] Pro, *Operi*, est in libro Sfortiae, et in quodam etiam meo, *Opera*. quod etiam placet. Legi etiam possit, *Operae*⁷⁸. Sed hoc nullo in libro. *Atteruisse* vero, in omnibus libris erat. nec enim nulli sunt, qui malint, *Attenuasse*. Et erat id scriptum etiam in Vaticani libri margine. utrumque namque bene latine dicitur. Ver. <VERG. georg. 4, 114>

Ipse labore manum duro terat <...>

Et Propert. <PROP. 4, 3, 24>

Num gravis imbelles atterit hasta manus.

Illo etiam modo Lucret. in. I. <LVCR. 1, 316-317>

*<...> -tum portas propter aena
Signa manus dextras ostendunt attenuari.*

Sed praeteritum ipsum verbi *Atteruisse* insolens, nec dum mihi lectum alibi. Aristophanes apud Athenaeum in. IV. <84> verbo eodem similiter est usus <Ar. Fr. (12) 221, 1-2>:

*Ostij d' au~~th~~h au~~th~~oi~~j~~ kai~~ll~~ u~~th~~ai~~j~~ kata~~tet~~rimmai xrwthenoj
e~~ika~~ me skaptein kel eu~~th~~ej*

(49) NEC, VELIT INSIDIIS ALTOS SI CLAUDERE VALLES] Emendandum, quemadmodum in omnibus, *Altas*. *Claudere* etiam *valles*, idem quod, *Indagine cingere*. Idem in. IV. <TIB. 4, 3, 7-8⁷⁹>

*Quis furor est, quae mens densos indagine colles
Claudentem teneras laedere velle manus.*

⁷⁸ En el texto *e* por *ae* (*opere*).

⁷⁹ En ediciones actuales, TIB. III, 9, 7.

(50) VMERI RETIA FERRE NEGANT] Ne cui mirum sit, si sine aspiratione, **Vmeri**, scripsi. ita enim in illo optimo, antiquissimoque Ver. <VERG. Aen. 10, 476/ 11, 642⁸⁰> exemplo semper scriptum, et aliis vetustatis monumentis incisum repperi. Sed in veteribus libris fuisse aiunt, **Vmeris retia ferre neges**. In iis, quos vidi, haud aliter, atque impressis in libris. Idem in. IV. similiter <TIB. 4, 3, 12⁸¹>

Ipsa ego per montes retia torta feram.

In eadem sententiam Ovid. in. X. Metam. de Apolline, Hyacinthum amante <OV. met. 10, 171-173>

*Immemor ipse sui, non retia ferre recusat,
Non tenuisse canes, non per iuga montis iniqui
Ire comes, longaque alit adsuetudine flamas.*

Et in. II. de arte amandi, <OV. ars 2, 189>

Saepe tulit iusso fallentia retia collo.

Et paulo post, <OV. ars 2, 193-194>

*Non te Maenalias armatum scandere silvas,
Nec iubeo collo retia ferro tuo.*

(51) SI VOLET ARMA, LEVI TEMPTABIS LUDERE DEXTRA] **Levi**, ut levissime tangas. **Ludere** in hoc genere dixit Horat. <HOR. ars 379>

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.

Et Cic. *de optimo genere oratorum*⁸².

(55) –POST OFFERET] in omnibus, **Adferat**. ac pro, **Post**, in Colotii libro fuisse adfirmant, **Mox**. ut etiam scriptum legebam in veteri libro Sfortiae.

(55) –IPSE VOLENTI] **Ipsa**, in veteri libro fuisse confirmant, et ita erat eodem in libro Sfortiae. Pro **Volenti** autem, erat in veteribus, **Roganti**.

⁸⁰ Son, respectivamente, los textos: Aen. 10, 476, *illa volans umeri surgunt qua tegmina summa*. Y Aen. 11, 642: *caesaries nudique umeri, nec volnera terrent*.

⁸¹ En ediciones actuales, TIB. III, 9, 12.

⁸² En esta obra ciceroniana no hemos hallado sino un texto con un compuesto de *ludere* que está en un contexto parecido al verso de Horacio aquí mencionado; se trata de 17, 9: *Non enim in acie versatur et ferro, sed quasi rudibus eius eludit oratio*.

(56) –SE IMPLICUISSE VOLET] Multis omnino in libris, ***Velit.***

(59) IAM TU, QUI VENEREM] Ita etiam in Vaticano, sed emendatum supra, ***At tibi.*** In Marcelli Pontificis Max. libro superne emendatum, ***At tu qui.***

(60) –INFELIX URGEAT OSSA LAPIS] ***Infelix***, active posuit. Imprecatione hac uti solebant, et appreicatione etiam illa, quae est, in. II. eleg. IIII. <TIB. 2, 4, 50>

Terraque si curae sit super ossa levis.

Qui locus eiusdem cum hoc est sententiae.

(61) PIERIDAS PUERI.⁸³] Tota huius loci sententia multis ab Ovidio tractatur versibus in. III. de arte amandi, <OV. ars 3, 533>

Carmina qui facimus, mittamus carmina semper.

et quae sequuntur apud illum.

(63) CARMINE PURPUREA EST NISI COMA] in meis in Horatium commentationibus aliorum poetarum versus eiusdem sententiae posui. Atque hoc sane loco perapposite Sapphus ipsius versus etiam posuisse illos, quorum est initium <Stob. 3, 4, 12, 3>

Katqanoisa delkeiseai<...>

qui sunt apud Stobaeum ***Perilafoshn***<Stob. 3, 4, t, 1>

ni corrupti depravatique sic essent, ut ullo modo corrigi non posse viderentur. *Purpuream* vero comam pulchram dicit. id enim *Purpureum* nonnumquam valet. Tametsi non idem Servius, versus interpretans Vergil. in. I. Georg. <VERG. georg. 1, 404-405>

***Apparet liquido sublimis in acre Nisus,
Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo.***

De quo etiam Nemesianus in Cynegetico, <NEMES. cyn. 44>

Non crimen Nisi, non saevae pocula Circes.

⁸³ En A₃ hay coma detrás de *pueri*; en el lema, punto.

Et Statius in. I. Thebaid. <STAT. Theb. 1, 333-334>

*Infames Scirone petras, Scyllaeaque rura
Purpureo regnata seni <...>.*

Quo in loco interpres, *Nisi crinem purpureum, ac fatalem* significari dicit. Ovid. in. II. de Ponto, ad Cottam <OV. Pont. 2, 8, 49-50>, *Purpureum* idem sane, quod pulchrum, videtur dicere:

*Sic tibi mature fraterni funeris ulti
Purpureus niveis filius instet equis.*

(68) IDAEAE CURRUS ILLE SEQUATUR OPIS] Gravis imprecatio. hoc tantum deprecans malum Catullus dixit, <CATVLL. 63, 91-93>

*Dea magna, dea Cybelle, dea Dindymi domina
Procul a mea tuus sit furor omnis hera domo
Alios age incitatos, alios age rabidos.*

(69) ET TERCENTENAS ERRORIBUS EXPLEAT URBES] Id est, ‘Obeat’. In Colotii libro fuisse adfirmant, *Explicit*, pro *Expletat*. in meo quoque est, *Impleat*. Sed utrumque hoc sane modo ab aliis acceptum scriptoribus nondum legi. nisi ita legendum sit, *Et tercentenos erroribus impleat orbes*. ut illum tot menses velit errare. Implere autem quis orbes lunae dicatur, ut et Soles condere. Sed hoc alii viderint.

(70) ET SECET AD PHRYGIOS VILIA MEMBRA MODOS] *Vilia membra*: id est, pudenda. Ovid. in Ibin. <OV. Ib. 453-454>

*Attonitusque seces, ut quos Cybeleia mater
Incitat, ad Phrygios vilia membra modos.*

Et idem in. IIII. Fast. <OV. fast. 4, 244>

Caedunt iactatis vilia membra comis.

Modos autem, numeros, sonosque dicit Propert. in. II. <PROP. 2, 22, 15-16>

*Cur aliquis sacris laniat sua bracchia cultris,
Et Phrygis insanos caeditur ad numeros.*

Et Ovid. in. IIII. Fast. paulo ante illa, <OV. fast. 4, 214>

Tibia dat Phrygios, ut dedit ante, modos.

(71) BLANDITIIS] Duos hosce versus sic distinguo, ac lego, *Blanditiis vult esse locum*
Venus ipsa: querellis/ Supplicibus, miseris fletibus⁸⁴ illa favet.

(73) HAEC MIHI, QUAE CANEREM TITIO] Puero videlicet formoso, aut ei, cuius Horat. meminit ad Iul. Florum. <HOR. epist. 1, 3, 9-10>

*Quid Titius, Romana brevi venturus in ora,
Pindarici fontis qui non expelluit haustus.*

Titii Sabini meminit Tacitus in IIII <TAC. ann. 6, 4⁸⁵>.

(73) –DEUS EDIDIT ORE] **Pleonasmos**. ut <VERG. Aen. 1, 614>

<...> *sic ore locuta est,*

Sic, opinor. Ovid. <OV. Ib. 224>

<...> *-tales edidit ore sonos.*

(79) TEMPUS ERIT, CUM ME, VENERIS PRAECEPTA FERENTEM] **Praecepta**, quae post dicit Magisteria <v. 84>, quae Moschus⁸⁶, eodem versans in genere, vocat **Didagmata**. Eius versus sunt apud Stobaeum **PerilAfrodithj**. Ex quibus hic est <Stob. 4, 20, 29, 8>

Tauta legw pasin talididagmata toij aherastoij.

Pro **Ferentem**, esse adfirmant in veteri libro, qui est Florentiae, in Divi Laurentii Bibliotheca, **Canentem**.

TEMPUS ERIT: sic Ver. <VERG. Aen. 10, 503>

Turno tempus erit <...>

⁸⁴ En A₃, *Fleñibus*, pero es claramente un error, que se advierte, sobre todo, si nos fijamos en las estructuras utilizadas; los sintagmas nominales responden a la secuencia adjetivo con sustantivo (*supplicibus querellis/ miseris fletibus*).

⁸⁵ Habla de Titio Sabino en 4, 18; 4, 68; y 6, 4 de *Anales*; en este último lugar se lee: *Laetiaris, ut rettuli, praecipiuſ olim circumveniendi Titii Sabini et tunc luendae poenae primus fuit.*

⁸⁶ Mosco, Fr. 2, 7.

(80) DEDUCAT IUVENUM PLURIMA TURBA SENEM] in Colotii libro fuisse testantur, ut etiam in Sfortiae, *Diludat*. Sed illud rectius. Atque in eandem prope sententiam, in quam Callimachus⁸⁷, cuius versus sunt apud Stobaeum, *Perilghroj*, <Stob. 4, 50 a, t, l> illi <Stob. 4, 50 a, 11, 4-6>

*Ghrašhei d' o(ge)twn keinoj ej afroteron
Kouroi toh fil ebusi nebi delmin. oħa tokha-
Xeiroj ep' ojkeihn aħxrij aħgousi qutħn.*

(81) EHEU] omnibus in libris est, *Heu, Heu*, atque in optimo, veterrimoque Vergili libri, numquam *Eheu*.

(81) –LENTO MARATHUS ME TORQUET AMORE] Sic Horat. <HOR. carm. 3, 7, 11>

Lentis ignibus uri.

Et Ovid. in. III. de arte amandi <OV. ars 3, 573>

Ignibus hic lentis uretur, ut umida cera.

(83) –NE TURBIS FABULA FIAM] In Colotii libro, et Florentino esse aiunt, ut in meo quoque est, *Turpis*, non *Turbis*, quod placet.

(84) CUM MEA RIDEBUNT VANA MAGISTERIA] *Magisterium* etiam optimi scriptores dixerunt. quo verbo saepissime utitur Firmicus.

⁸⁷ Calímaco, *Aet. 41*, 1-3.

ELEGIA QUINTA

(1) ASPER ERAM] In eandem sententiam Propert. in. II. <PROP. 2, 2, 1>

Liber eram, et vacuo meditabar vivere lecto.

(3) NAMQUE AGOR, UT PER PLANA CITUS SOLA VERBERE TURBEN] **Turben**, scripsi, Carisii auctoritatem secutus. Cuius haec sunt in I <Exc. Bog. gramm. I, 145>:

Turben. Tibullus, ‘Namque agor, ut per plana citus sola verbere turben.’ Quem Maro VII. <VERG. Aen. 7, 378⁸⁸> Turbonem vocat ‘-tortus sub verbere turbo’. Et ita putant dici debere hic Turben, quia et Homo, et Tempestas, et Buxum eodem possint nominativo perhiberi.

Imitatus autem videtur Theocritum, apud quem in Pharmaceutria sic est <Theoc. Idyll. 2, 30-31>:

*X' wj dineiq' o(delrþmboj o(xal keoj, eþ a)frödithj
wj keiæoj dineiq' oþoq' hñetehsi quthsi.+*

Vergilius in. VII. eadem usus similitudine <VERG. Aen. 7, 376-381>

*Tum vero infelix ingentibus excita monstris,
Immensam sine more furit lymphata per urbem.
Ceu quondam volitans torto sub vertere turbo,
Quem pueri magno gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent, ille actus habena
Curvatis fertur spatiis <...>.*

Et apud Plautum meretrix, idem significans, in Cistellaria <PLAVT. Cist. 93-94>

*Mihi istum hominem vellem dari,
Vt ego illum vorsarem.*

Sappho, verbo **Versare** eodem in genere usa, dixit <Sapph. Supp. 130, 1>

Erwj d' autem o(lusimal \$j donei-

⁸⁸ El texto de Virgilio es: *ceu quondam torto volitans sub verbere turbo.*

(4) QUEM TENER⁸⁹ ADSUETA VERSAT AB ARTE PUER.] Nonnullam enim eius rei artem fuisse demonstrat Ovid. in. II. Tristium <OV. trist. 2, 486>

Hic artem nandi praecipit, ille trochi.

Sed erat in veteri libro Sfortiae non *Celer*, sed *Tener*.

(5) VRE FERUM] Hi duo versus mihi quidem suspecti sunt, et propter *ahakol ouqon*, et propter ipsum genus dicendi. Nam, si veniam sibi dari postulat, cur huic aliena sententiae interposuit. deinde, cur idem bis dixit <TIB. 1, 5, 5> <...> *libeat nec dicere quidquam*: et, quod idem valet, statim subicit <TIB. 1, 5, 6> <...> *post haec horrida verba doma*.

(7) PARCE TAMEN] Qui olim asper eram, neque discidium facile ferre iactabam, idem nunc tamen veniam peto.

(7) –PER TE] In veteribus libris omnibus, iterum, *Parce*. prave omnino.

(7) –FURTIVI FOEDERA LECTI] Qualia sunt etiam illa foedera apud Propertium in. III. <PROP. 3, 20, 15>

Foedera sunt ponenda prius, servandaque iura.

(7) -PER TE FURTIVI FOEDERA LECTI] Idem significat post, <TIB. 4, 13, 1⁹⁰>

Nulla tuum nobis subducet femina lectum.

(8) –COMPOSITUMQUE CAPUT] tuum istud compositum, atque ornatum caput. neque enim aptum puto, si manes cari capitis intellegamus.

(11) IPSEQUET TER CIRCUM LUSTRAVI SULPURE PURO] *Sulpur*, sine aspiratione scripsi, secutus Vergiliani illius libri fidem <VERG. Aen. 2, 698/ 7, 517. georg. 3, 449>. Sed erat in veteri Sfortiae libro, multisque aliis, non *Ter*, sed *Te*. ut a se illam circum lustratam significet. In Florentino esse adffirmant, *Ipse ego te circum*. Propert. in. IV. alteram illam tueri lectionem videtur <PROP. 4, 8, 85-86>

⁸⁹ En A₃ *Celer*.

⁹⁰ En ediciones actuales, TIB. III, 19, 1.

**Inperat et totas iterum lacernas,
Terque meum tetigit sulpuris caput.**

Et quae sequuntur.

Puro autem, vel quod in sacris adhiberetur, vel ab effecto. Sic Ovid. <OV. fast. 4, 739:

Caerulei fiunt puro de sulpure fumi.

Iuvenal. Sat. II. quae in lustratione adhiberentur, enumerans <IVV. 2, 156-159>

<...> -quotiens hinc talis ad illos
**Vmbra venit, Cuperent lustrari si qua darentur
Sulpura cum taedis, et si foret umida Laurus.**

Lustrationis quoque sulpure, ut sic dicam, meminit etiam Propert. in. IV. <PROP. 4, 8, 83-86>

**Dein quemcumque locum externae tetigere puellae,
Sufficit et pura limina tergit aqua.
Inperat et totas iterum mutare lacernas,
Terque meum tetigit sulpuris igne caput.**

(12) –PRAECINUSET ANUS] In veteri Sfortiae libro est, **Procubuisset**. In Vaticano, **Pertimuisset**. In alio quodam, **Praetimuisset**. Sacra ipsa, sive beneficia ignota: nihil igitur dijudicare possumus.

(13) IPSE PROCURAVI] In Florentino testantur esse, **Ipse ego curavi**. *Procurare* verbum in religionibus idem fere, quod *Expiare*. Eiusmodi vero mala somnia idem commemorat, et lib. II eleg. VI <TIB. 2, 6, 37⁹¹>. Et III, eleg. IIII <TIB. 3, 4, 1⁹²>.

(14) –TER SALSA DEVENERANDA MOLA] In omnibus fere libris veteribus non **Salsa**, sed **Sancta**. Passive vero **Deveneranda**, ut et Horat. <HOR. sat. 2, 2, 124>

<...> **Venerata Pales** <...>

Videndum autem, an **Deveneranda** dixerit, quasi Deprecanda, et averruncanda. Ter sanctam dixit molam salsa, quod, ut scribit Plinius *nulla sine mola salsa sacra* fiant. Est enim apud illum, lib. XXXI <PLIN. nat. 31, 89>

⁹¹ Reza el texto: *Ne tibi neglecti mittant mala somnia Manes.*

⁹² El verso es: *Di meliora ferant, nec sint insomnia vera.*

Maxime tamen in sacris intellegitur auctoritas, quando nulla conficiuntur sine mola salsa.

(15) IPSE EGO, VELATUS FILO, TUNICISQUE SOLUTIS] Filum fortasse dicit vestem lineam. Tegumentum capitis esse hoc videtur apud Arnebium in VI. adversus gentes.

Itaque, inquit, *artifices omnes ipsis isdem qui temporibus extiterunt. quibusque primas dabat exprimendarum similitudinum veritas, omni cura, studioque certabant, filum capitis prostituti Cythereia in simulachra traducere.*

Velato autem capite veteres sacra solitos facere, nemo nescit.

(16) VOTA NOVEM VENERI NOCTE SILENTE TULI] In Sfortiae, ut in nonnullis aliis, non *Veneri*, sed *Triviae*. Nisi si Venerem exquisita aliqua ratione eandem, quam Triviam, velimus esse. Amantes quidem certe Lunam precari solitos, ostendimus in commentationibus in Horatium. **VOTA TVLI:** obtuli, solui. **NOVEM** vero, propter imparem numerum, qui sacer, et dis gratus. vel quod is numerus fuerit *eh musthribij*.

(22) AREA DUM MESSES SOLE CALENTE TERET] Sic Verg. in Georg. <VERG. georg. 1, 192>

<...> *-pingues palea teret area culmos.*

Similiter Martialis, <MART. 9, 90, 11>

Messes area dum ferit crepantes.

Nisi pro, *Ferit, Terit.* forte sit legendum.

(23) AUT MIHI SERVABIT PLENIS IN LINTRIBUS UVAS] In Colotii libro pro, *Aut, Et.* Lintres autem eiusmodi veteres Navias dicebant. *Navia*, inquit Festus Pompeius <FEST. 168> *est uno ligno exculito, ut navis, quo utuntur alveo in vindemia.* Romae autem duas vidi in veteribus saxis excalptas vindemias, alteram sub Ianiculi montis radicibus, qua clivus ad S. Petri Montaurei dicit, muro cohaerens. alteram ad domus Porciorum valvas. in his *Naviae*, sive *lintres*.

(24) PRESSAQUE VELOCI CANDIDA MUSTA PEDE] In Vaticano, et Marcelli Pont. Max. aliisque nonnullis non *Candida*, sed *Pinguia*. Candidi quidem musti Plinius meminit in XIIIII <PLIN. nat. 14, 36>

Talpana nigra candidum facit mustum et albi musti candidi Sextarii. XX.

Pinguia musta dixit etiam Manilius in. III. <MANIL. 3, 153>

Aut reputat Bacchum per pinguia musta fluentem.

Atque alibi <MANIL. 3, 663>

Pinguiaque impressis despument musta racemis.

(25) CONSUESSET NUMERARE PECUS] In omnibus libris veteribus, *Consuescit.* *Numerare pecus* ut et Verg. in Bucol. <VERG. ecl. 3, 34>

Bisque die numerant pecus <...>

Atque alibi <VERG. ecl. 6, 85-86>

*Cogere donec ovis stabulis, numerumque referri
Iussit <...>*

Et in. IV. Georg. <VERG. georg. 4, 436>

Consedit scopulo mediis, numerumque recenset.

Et Callimachus in Cereren, eodem modo, <Call. Cer. 86>

<...> - **εἱ οἵρυιποιηνί' αἵριμει-**

(28) PRO SEGETE SPICAS] In veteribus libris, *Pro segete et spicas.*

(30) ET IUVET IN TOTA ME NIHIL ESSE DOMO] *Adiuvet*, in multis omnino libris. quo probabilius est illud, quod in Colotii libro legebatur, *At iuvet*. Martialis in. XIII. de Tibullo totidem prope verbis <MART. 14, 193, 1-2>

*Vssit amatorem Nemesis lasciva Tibullum,
In tota iuvit quem nihil esse domo.*

Sed mirum illud, quod *Nemesis* dictum putet Martialis, quod hic Deliae dicitur, nisi forte eadem utroque nomine intellegitur. *Nihil esse*, dixit eodem modo Cic. in. I. epist. ad Att. <CIC. Att. 1, 19, 4>

Ille alter ita nihil est, ut plane, quid erit, nesciat.

(32) –SELECTIS DETRAHET ARBORIBUS] In nonnullis, *Detrahat*.

(33) ET, TANTUM VENERATA VIRUM, HUNC SEDULA CURET] Sic in omnibus fere libris veteribus. in Colotiano, et Florentino fuisse intellego, *Huic*. utrumque prave. melius in Sfortiae libro legebam una plus particula, *Et, tantum venerata virum, hunc et sedula curet.*

(35) -CAURUSQUE] Eodem in libro, *Eurusque*.

(36) IACTAT] Sic de iis rebus loquebantur, quas oblivione sempiterna involui, atque obrui volebant. vel quae frustra fiebant. Saepe sic Horat. et Catullus, et Apollonius in I <A. R. I, 1334-1335>

<...> **αἱ λαληθοῖ**
Dwbmen aimpl akihn, wf kaiplatoj euthenebntej.

(37) –TEMPTAVI CURAS DEPELLERE VINO] in optimo Vergilii exemplo⁹³, *Tempo*, semper scriptum legebam. a qua ratione non discedo. Horat. eodem modo, quo hic Tibullus <HOR. carm. 1, 7, 31>

<...> *nunc vino pellite curas.*

⁹³ Se trata del manuscrito Mediceo que, sabemos, pasó por sus manos y por las de su gran amigo Fulvio Orsino.

(39) SAEPE ALIAM TENUI] Idem alibi <TIB. 1, 6, 35>

Te tenet, absentes alios suspirat amores.

Et <TIB. 1, 1, 60>

Te teneam moriens deficiente manu.

(39) –CUM GAUDIA ADIREM] *Gaudia*, et *Praebere gaudia*, quo sensu ab his poetis diceretur, exposui in commentationibus in Horatium.

(41) TUM ME DISCEDENS DEVOTUM FEMINA DIXIT] Eodem in illo laudatissimo Vergil. exemplo, *Femina*, sine diphthongo. idque perpetuo, ac verissime. *Devotum* vero sic dixit, ut et post, in. eleg. VIII. <TIB. 1, 8, 17-18>

*Num te carminibus, num te pallentibus herbis
Devovit tacito tempore noctis anus.*

Et Ovid. in. III. Amor. eleg. VI. <OV. am. 3, 7, 27-28>

*Num mea Thessalico languent devota veneno
Corpora <...>.*

Et idem Ovid. post <OV. am. 3, 7, 79-80>

*Aut te traiectis Aeaea nefifica venis
Devovet, aut alio lassus amore venis.*

Ac Suetonius in Caligula <SVET. Cal. 3>

*Clientelas, inquit, diu vexanti, non prius succensere in animum induxerit, quam
beneficiis quoque et devotionibus impugnari se senserit.*

(42) ET PUDET, ET NARRAT SCIRE NEFANDA MEA] in veteribus etiam libris legi adfirmant, *Et dominae narrat*, et quae sequuntur. Ovid. in. II. de remed. amoris similiter <OV. rem. 407>

Et pudet, et dicam <...>.

Sin⁹⁴ illud malumus, *Mea* fortasse mutandum sit in *Meae*. Vt illa quidem se dicat non nescire nefanda, ipsa nimirum beneficia, dominae meae.

⁹⁴ Sim en el original.

(43) NON FACIT HOC VERBIS] Huic quasi respondens addit, nullo id fieri magico ministerio. Sed veteribus in libris etiam fuisse dicunt, non *Verbis*, sed *Herbis*. quod ipsum probabile. Idem enim post, eleg. VIII. <TIB. 1, 8, 17>

Num te carminibus, num te pallentibus herbis.

Quae verba iam supra posui⁹⁵.

(45) TALIS AD AEMONIUM NEREIS PELEA QUONDAM] Nonnullis in veteribus libris, *Nereis quae*. In aliis, *Nereisque*. Legendum fortasse sit, *Nereis quoque*. Sed et trisyllabum etiam posuit Manilius in V <MANIL. 5, 563>

Extulit et liquido Nereis ab aequore vultum.

(46) VECTA EST FRENATO CAERULA PISCE THETIS] Ad specum scilicet, quem eleganter describit Ovid. <OV. met. 11, 235-239>

*Est specus in medio: natura factus, an arte,
Ambiguum est, magis arte tamen, quo saepe venire
Frenato delphine sedens Theti nuda solebas.
Illic te Peleus, dum somno victa iacebas
Occupat <...>.*

Et Balbus <VAL. FL. 1, 130-132>

*Hic sperata sedens Tyrrheno litore pristis
Peleos in thalamos vehitur Thetis, aequora delphin
Corripit, et silet haec detecta ad lumina Palla.*

(47) -QUOD ADEST HUIC DIVES AMATOR] *Adest*, pro *Est*, posuit. ut alibi quoque⁹⁶.

(52) ET E TECTIS STRIX VIOLENTA CANAT] Verg. in VII <VERG. Aen. 7, 511-514> de Allecto:

*At saeva e speculis tempus dea nacta nocendi,
Ardua tecta petit, stabuli de culmine summo
Pastorale canit signum, cornuque recurvo
Tartaream intendit vocem <...>*

Et quae sequuntur.

⁹⁵ Cf. v. 41.

⁹⁶ TIB.III 4, 13: *Hic, quia fortis adest audacia, cepit: at illi.* Y TIB. IV 5, 6: *Si tibi de nobis mutuus ignis adest.*

(53-54) -HERBASQUE SEPULCHRIS/ QUAERAT] In veteri libro esse aiunt, *Escasque sepulchris*. Cui simile esset et illud Catulli <CATVLL. 59, 2-3>

<...> *-saepe quam in sepulchretis
Vidistis ipso rapere de rogo cenam.*

(56) POST AGAT HANC TRIVIIS] in veteribus libris omnibus, *E triviis*, non, *Hanc triviis*. ut absolute positum sit, *Agat*. Non multum dissimili sententia Horat. in. V. <HOR. epod. 5, 57-58>

*Senem quod omnes rideant, adulterum
latrent Suburranae canes.*

Sed idem Agere hoc modo, neque transitive posuit eodem in libro <HOR. epod. 6, 5-8>

*Nam qualis aut molossus, aut fulvus Lacon,
Amica vis pastoribus,
Agam per altas aure sublata nives,
Quaecumque praecedet fera.*

(57) EVENIET] Sic erit. quamquam veteri in libro legi etiam adfirmant, *Evenient*. Idem post <TIB. 2, 1, 25>

Eventura precor <...>

(57) -DAT SIGNA DEUS] idem post, eodem loco <TIB. 2, 1, 25>

<...> *viden ut felicibus extis*, et quae sequuntur.

Et Ovid. in. III. Amor. <OV. am. 3, 2, 58>

Annuit, et motu signa secunda dedit.

(57) –SUNT NUMINA AMANTI] vel favent, vel peccanti irascuntur. Idem alibi <TIB. 1, 9, 23-24>

<...> *peccare paranti*
Sit deus, occultos qui vetat esse dolos.

(60) –NAM DONIS VINCITUR OMNIS AMOR] in veteribus libris etiam fuisse adfirmant, *Non*, pro *Nam*. quod esse magis e sensu nonnulli contendunt. Ac pro *Amor*, in Colotiano quidem, *Amans*.

(61) PAUPER ERIT PRAESTO TIBI, PRAESTO PAUPER ADIBIT] In Vaticano pro, *Tibi, Nam*, legebam.

(65) PAUPER AD OCCULTOS FURTIM DEDUCET AMICOS] In veteribus libris etiam sic esse testantur, *Pauper ad excultos furtim deducet amantes.*

(67- 68) -NEC VERBIS VICTA PATESCIT/ IANUA] in veteri libro Card. Sfortiae pro, *Patescit*, legebam, *Fatiscit*. Verg. verbo illo usus in. II. Aen. <VERG. Aen. 2, 483>

Apparet domus intus, et atria longa patescunt.

(66) VINCLAQUE DE NIVEO DETRAHET IPSE PEDE] Sic Terentius <TERENT. Haut. 124>

<...> *soccos detrahunt.*

Vincula vero *Calciamenta* dicit, ut Ovid. in. II. Fast. <OV. fast. 2, 324>

Rumpebant magni vincula parva pedes.

Et in. III. Metam. <OV. met. 3, 168>

Vincla duae pedibus demunt <...>.

Et in. III. de arte amandi <OV. ars 3, 272>

Arida nec vinclis crura resolve tuis.

Et Verg. in. III.⁹⁷ Aen. <VERG. Aen. 4, 519>

Vnum exuta pedem vinclis <...>

⁹⁷ En ediciones actuales, libro IV.

(69) AT TU, QUI POTIOR ES, MEA FURTA CAVETO] Pro, *Nunc es*, erat in Vaticano scriptum, *Vinces*. Pro *Caveto*, in omnibus fere libris, *Timeto*. –*mea furta*: Furtivos concubitus.

(70) VERSATUR CELERI FORS LEVIS ORBAE ROTAE] in plerisque veteribus libris, *Sors*, non *Fors*, idest, fortuna. In eandem sententiam Propertius in. II. <PROP. 2, 8, 7-8>

*Omnia vertuntur, certe vertuntur amores,
Vinceris, aut vincis, haec in amore rota est.*

Et Plautus in Cistellaria, <PLAVT. Cist. 206-207>

*Iactor, crucior, agitor
Stimulor, versor in amoris rota.*

Ammianus Marcellinus in. XXVI. de rota fortunae <AMM. 26, 8, 13>

Ea, inquit, victoria ultra homines Procopius sese efferens, et ignorans, quod quivis beatus versa rota fortunae ante vesperum potest esse miserrimus.

(72) SEDULUS, AC CREBRO PROSPICIT, AC REFUGIT] in veteribus libris adfirmant, *Sedulus, et crebro prospicit, atque fugit*.

(74) –ET ANTE IPSAS EXCREAT USQUE FORES] in veteri libro Sfortiae, et Marcelli Pont. Max. et Vaticano, *Excreat ipse fores*.

(75) NESCIO QUID FURTIVUS AMOR PARAT] in Colotiano fuisse testantur, *Nescis*.

(76) IN LIQUIDA NAT TIBI LINTER AQUA] idest, utere occasione, quam tibi praesens fert fortuna. translatio nota. non haeret enim linter in macra, ut ille dixit, aqua. Et Verg. <VERG. Aen. 4, 398> dixit,

Nat at uncta carina.

Sed in Sfortiae, et Marcelli Pontificis, libris, pro *Nat*, *Iam*. Sic etiam fortasse haec sententia, *Lubricus amor est, atque instabilis, et paullo momento mutabilis, ut in aqua linter levi aura huc vel illuc impellitur*. Simile illud Horatii <HOR. epist. 1, 18, 87-88>

<...> -*Tu dum tua navis in alto est,
Hoc age, ne mutata retorsum te ferat aura.*

ELEGIA SEXTA

(1) SEMPER UT INDUCAR, BLANDOS OFFERS MIHI VULTUS] in veteri libro Sfortiae, *Inducas*, non *Inducar*. Verbo eodem sic utitur Catullus in Alfenum <CATVLL. 30, 7-8>

*Certe tute iubebas animam tradere me quoque
Inducens in amorem <...>.*

Et Horat. in II Serm. <HOR. sat. 1, 2, 87-88>

*<...> -ne si facies, ut saepe, decora
Molli fulta pede est, emptorem inducat hiantem.*

Et Festus in verbo, *Adlicit* <FEST. 25>

Hinc, inquit, *descendit, Inlicere, et Oblectare, idest frustrantem inducere.*

Et in verbo, *Lacit*, quod interpretans inquit <FEST. 104>

Decipiendo inducit. in fraudem inducit.

Et Velius Longus, de Orthographia <FEST. 280>

Pelliciendo, inquit, *quod est Inducendo geminat. L. Pellicere malunt, quam Perlicere.*

Idem prope significans Lucret. in I dixit <LVCR. 1, 17>

<...> -quo quamquam inducere pergis.

Translatum fortasse sit. nam *in laqueos* se quis *inducere* Latine dicitur. Cicero in III libro in Verrem <CIC. verr. 2, 102>

Hic videte, in quot laqueos se induxerit.

Sic enim vidisse se emendatum pro, ***Induerit***, mihi adfirmavit Honoratus Ioannius Episcopus Oximensis. Idemque in. IIII. Commentariorum C. Caesaris de bello Gallico legebat <CAES. Gall. 7, 73, 4>

Se ipsi acutissimis vallis inducebant.

Itaque in veteri libro eruditissimi viri⁹⁸, Hieronymi Suritae, fuisse testabatur.

(1) –BLANDOS OFFERS MIHI VULTUS] ***Vultus***: nutus, signa, gestus. Sic etiam Cic.

(2) POST TAMEN ES MISERO TRISTIS] Sic idem alibi, <TIB. 4, 4, 22⁹⁹>

Si quando fuerit tristior illa tibi.

(5) IAM MIHI TENDUNTUR CASSES] in veteribus libris omnibus, ut et olim Aldus ediderat, ***Nam***, non, ***Iam***.

(6) NESCIO QUEM TACITA CALLIDA NOCTE FOVET] ***Tacita nocte***. Catullus, <CATVLL. 7, 7>

<...> ***cum tacet nox.***

Idem Tibullus alibi, <TIB. 1, 5, 16>

<...> ***nocte silente.***

Verg. <VERG. Aen. 2, 255>

<...> ***per amica silentia noctis.***

(7) ILLA QUIDEM TAM MULTA NEGAT] Ovidius, hunc Tibulli locum totidem prope verbis repetens, quae sit vera multorum lectio verborum docet. Sunt autem illius haec in. II. Tristium <OV. trist. 2, 447-462>

⁹⁸ En el original *vir*.

⁹⁹ En ediciones actuales, TIB. III 10, 22.

*Credere iuranti durum putat esse Tibullus,
Hoc etiam de se quod neget illa viro.
Fallere custodem demum docuisse fatetur,
Seque sua miserum nunc ait arte premi,
Saepe, velut gemmam dominae, signumque probaret,
Per caussam meminit se tetigisse manum.
Vtque refert, digitis saepe est nutuque locutus,
Et tacitam mensae duxit in orbe notam.
Et, quibus e sucis abeat de corpore livor,
Impresso fieri qui solet ore, docet.
Denique ab incauto nimium petit ille marito,
Se quoque uti servet, peccet ut illa minus.
Scit, cui latretur, cum solus obambulet ipse,
Cui totiens clausas excreet ante fores.
Multaque dat furti talis praecepta, docetque
Qua nuptae possint fallere ab arte viros.*

(8) SIC ETIAM DE ME PERNEGAT ILLA VIRO] In Colotiano fuisse autumant, **Nam sic et de me.** in pernegando autem malitia multum inest. Plautus in Menaechmis <PLAVT. Men. 614>

Nihil hoc confidentius, qui, quae vides, ea pernegat.

Et vehementer negare. Terent. in prologo in Eunuchum <TERENT. Eun. 34>

Latinas scisse sese, id vero pernegat.

(11) FINGERE TUNC DIDICIT CAUSSAS] omnibus in libris non, **Tunc**, sed, **Nunc**.

(11) –CUR SOLA CUBARET] in Colotiano, **Vt sola cubaret.**

(12) CARDINE TUM¹⁰⁰ TACITO] est in omnibus veteribus libris, hoc quoque loco, **Nunc**.

(16) ME QUOQUE SERVATO] Me quoque ipsum observa.

¹⁰⁰ En A₃, *Tunc*.

(16) –PECCET UT ILLA NIHIL] *Peccare* verbo sic saepe etiam Propert. <PROP. 2, 6, 39, 40>¹⁰¹ et Ovid. ¹⁰² sunt usi. in veteri libro pro, *Nihil*, legi adfirmant, *Minus*. quod Ovidio <OV. trist. 2, 485>¹⁰³ etiam sit approbante.

(17) –IUVENES CELEBRET MULTO SERMONE] Verbo *Celebrare* sic saepe utitur Cic. id est, crebris sermonibus, et longis usurpare.

(18) NEVE CUBET LASSO PECTUS APERTA SINU] in nonnullis veteribus libris *Laxo* legi testantur. Ovidius eadem in sententia *Discincto* dixit in. I. Fast. <OV. fast. 1, 408>

Altera discincto pectus aperta sinu.

Et idem de Remed. Amoris, <OV. rem. 680>

Nec toga sit laxo conspicienda sinu.

(19-20) –DIGITO LIQUOREM/ NE TRAHAT.] in Sfortiae libro, *Neu trahat.*

(20) –ET MENSAE DUCAT IN ORBE NOTAS] *Notam ducere*: ut et Horat. in. IV. dixit <HOR. carm. 4, 2, 59-60>

*Qua notam duxit niveus videri,
Cetera fulvus.*

Sequitur autem apud Ovid. in. I. de arte amandi <OV. ars 1, 569-570>

*Blanditasque leves tenui perscribere vino,
Vt dominam in mensa se legat illa tuam.*

Et in epist. Helenae ad Paridem. <OV. epist. 17, 85-86>

*Et saepe extimui, ne vir meus illa videret,
Non satis occultis erubuique notis.*

Ac statim post, <OV. epist. 17, 89-90>

*Orbe quoque in mensae legi sub nomine nostro,
Quod deducta mero littera fecit, amo.*

¹⁰¹ El texto reza: *nam nihil invitiae tristis custodia prodest:/ quam peccare <...>*

¹⁰² En: OV. ars 2, 365/ Pont. 2, 3, 33/ epist. 17, 47/ epist. 21, 181/ trist. 2, 315, y trist. 4, 4, 9.

¹⁰³ Es el texto como sigue: *se quoque uti servet, peccet ut illa minus.*

Orbem vero dicit, quod **Mensae** apud veteres fere tripodes, et rotundae fuerunt. quarum
hodieque Romae multae in vetustis saxis species.

(21) EXIBIT QUAM SAEPE] Lego, **Cum saepe**. Scriptum enim, opinor, fuerat, **Quom**. tum
inquit, *cavendum, cum saepe exibit, seu cum dicet visere sacra Bonae deae, ne virum
habeat comitem*. Ovid. in. III. de arte amandi <OV. ars 3, 637-638>

*Cum fuget a templis oculos Bona diva virorum,
Praeter quos, si quos, illa venire iubet.*

(22) SACTRA BONAE MARIBUS NON ADEUNDA¹⁰⁴ DEAE]¹⁰⁵ Iuvenalis Sat. II. <IVV. 2, 86-
92>

*Atque Bonam tenerae placant abdomine porcae,
Et magno craterem deam. Sed more sinistro
Exagitata procul non intrat femina limen.
Solis ara deae maribus patet, Ite profanae
Clamatur- <...>.*

(23) –ILLAM SEQUAR UNUS AD ARAS.] *ad aras Bonae deae*, nulla religione impeditus, aut
ad aras usque illam deducam, ne quo deflectat. Aram, in libro Sfortiae.

(24) TUM MIHI NON ACULIS SIT TIMUISSE MEIS] *mhłgehoito, mhłestw, mhłehdekoito*.

Idem in. IIII. <TIB. 4, 3, 3¹⁰⁶>

Nec tibi sit duros acuisse in pectora dentes.

Et Ver. in Epigram. <VERG. catal. 14, 1>

Si mihi susceptum fuerit decurrere munus.

(26) PER CAUSSAM MEMINI ME TETIGISSE MANUM] **dialprofasin**. Sic Caesar in. III. de
bello Gallico <CAES. Gall. 3, 24, 1>

*Navesque trirremes duas, quas Brundisii faciendas curaverat per caussam
exercendorum remigum, ad fauces portus prodire iussit.*

¹⁰⁴ En A₃, *ade unda*.

¹⁰⁵ En el original, [.

¹⁰⁶ En ediciones actuales, TIB. III 9, 3.

(28) SOBRIA SUPPOSITA POCULA VICTOR AQUA] *Sobria* dixit, non *Ebria*. idque nove. Sed hoc ab effectu. Meram aquam, vel eiusmodi *pocula*, in quibus aquae plurimum, vini minimum inesset. Philoponus, verba interpretans Aristotelis in. II. **g' sterwn ahal utikwa**, illa <Arist. A Po. 72 a, 29>

Aeilgar di' o(upsarxei ekaston, ekeino matl on uparxei, <...>

cur, cum vinum inebriet, non dici tamen *Ebrium* ipsum possit, ostendit. Dionysius Longinus **per iluʃyouj I oþou**, aquam Sobrium deum dici scribit. verba namque Platonis ponit <Pl. Lg. 733d, 1>

ou) gar r̄adiwj ehnoieia oti pol in eiþai deidikhn krathraj kekramehhn, ou) mainothenoj meh oijoj eþeuæcuhenoj ei) kol azohenoj del ubol nhfontoj eþerou qeou=kal hh koinwnian I abwh aþaqoh poþa, kailmetrion aþergazetai <...>

Addit deinde Dionysius, **nhfonta gar fasilqeoh toludwr I egein**

(30) IUSSIT AMOR] Similiter Theocritus ¹⁰⁷<Mosch. 157>

Oj delpoqoj, m' eþehke toþin al a metrhksasqai.

Idque cum facimus, **qeomaxoumen**.

(30) –CONTRA QUIS FERAT ARMA DEOS] Ausonius <AVSON. rhop. 15>

Non tutum renuisse deo.

(31) –NEC ME IAM] In Florentino, **Nec iam me.**

(32) INSTABAT TOTA CUI TUA NOCTE CANIS] Nihil amanti molestius. Idem alibi, <TIB. 2, 4, 34>

<...> et canis ipsa tacet.

Et Propert. in. IIII. <PROP. 4, 5, 73>

Et canis in nostros nimis experrecta dolores.

¹⁰⁷ Dice Teócrito, pero la cita la hemos hallado de Mosco.

(33) -TENERA] Pulchra. Idem alibi. <TIB. 1, 8, 51>

Parce precor tenero <...>.

(33-34) -TUA SI BONA NESCIS/ SERVARE] Idem apud Verg. numerus <VERG. georg. 2, 458>

<...> **-bona si sua norint.**

(34) -A¹⁰⁸ FRUSTRA CLAVIS INEST FORIBUS] Sine aspirationis etiam nota in veteribus libris erat scripta. A. huius loci interiectio. itaque etiam est in illo Vergilii laudatissimo exemplo.

(35) TE TENET, ABSENTES ALIOS SUSPIRAT AMORES] Naevius etiam ab amica teneri alium significans, verbis utitur, et sententia, huic loco non alienis. Cuius haec sunt apud Festum, in verbo **Adnictat** <FEST. 29>

Alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet.

Et poeta alius, <NAEV. com. 75-79>

*Quasi in choro pila ludens, dadatim dat sese,
et communem facit <...>
Alium tenet, alii nutat
Alibi manus est occupata, alii pervellit pedem,
Alii dat anulum spectandum a labris, alium invocat,
Cum alio cantat, attamen aliis dat digito litteras.*

(38) -DETRECTO NON EGO VINCLA PEDUM] Catenas, quibus inligati servi ianitores, ad fores excubabant.

(40) EFFLUIT EFFUSO TOGA LAPSA SINU] In veteri libro fuisse dicunt, **Et fluit.** Fluere vestem dixit, ut Catullus *fluitantem amictum* <CATVLL. 64, 68¹⁰⁹> et Tacitus <TAC. Germ. 17¹¹⁰> *Fluitantem vestem.* Et Verg. <VERG. Aen. 1, 319>

<...> **-nodoque sinus collecta fluentes.**

¹⁰⁸ En A₃ no aparece *a*.

¹⁰⁹ El texto reza: *sed neque tum mitrae neque tum fluitantis amictus.*

¹¹⁰ Es el texto: *locupletissimi veste distinguntur, non fluitante <...>.*

At pro, **Lapsa**, in plerisque **Laxa**. Sic idem in. II. eleg. III. <TIB. 2, 3, 78>

Heu miserum. laxam quid iuvat esse togam.

Et Ovid. de remed. amoris. <OV. rem. 679-680>

Nec compone comas, cum sis venturus ad illam.
Nec toga sit laxo conspicienda sinu.

Effusum sinum dixit, ut arte de velo <TIB. 1, 3, 38>

Effusum ventis praebueratque sinum.

Hoc vero ad comptum, atque elegantiam pertinere, etiam versus Ovidi demonstrant. Et Properti in. IV. <PROP. 3, 17, 32>

Et feries nudos veste fluente pedes.

(41) –NE POSSIT CRIMEN HABERE] in nonnullis libris melius, **Ne crimen possit habere.**

(42) STET PROCUL, AUT ALIA STET PROCUL ANTE VIA] in veteri libro pro, **Aut alia**, esse adfirmant, **Atque alia**. quod omnino rectius. egoque eam iam ante coniecturam feceram. idemque legendum suspicabar pro, **Ante**, **Inde**. Legi etiam fortasse possit, **Stet procul ante alia stet procul ante via**. nec invenusta repetitione. Mihi vero in mentem veniebat, etiam legere, **-aut alia stet procul antevia**. Vnum verbum ut sit, **Antevia**. ut **Antemalorum**, apud Verg. <VERG. Aen. 1, 198> et <...> **-antevolans** <...>. Et apud Catullum <CATVLL. 4, 10¹¹¹>

<...> **postphasellus** <...>

aut inquit eadem via cum venerit obviam, **stet procul**, ac resistat. **aut alia antevia resistat**, antequam viam eandem ineat.

¹¹¹ Es el texto: *ubi iste post phaselus antea fuit.*

(45) HAEC, UBI BELLONAE MOTU EST AGITATA] **Motu**: furore. Horat. in II Serm. <HOR. sat. 2, 3, 278-279>

*Ceritus fuit, an commotae criminis mentis
Absolves hominem <...>*

Et Gellius lib. XV. cap. XIIIX <GELL. 15, 18, 2¹¹²> *Mota mente*, et, *Motu mentis* <GELL. 2, 1, 2¹¹³> dixit. **BELLONAE MOTV**: Furore, insania. Sic ab Horat. <HOR. epod. 5, 75>

<...> *commota mens* dicitur.

Et a Varrone in. VI. de lingua Lat. <VARRO ling. 7, 5, 87>

In Graecia commota mente, quos Iumqoī hptouī appellant, etc.

(46) -VERBERA TORTA] Vergilius <VERG. Aen. 7, 378>

<...> *et torto verbere turbo.*

Atque alibi <VERG. georg. 3, 106>

Illi instant verbere torto.

Sed, quod statim dixit, *-nec acrem/ Flammam* <vv. 45-46>, videtur sequi debuisse, *Nec amens*. Sed veteres *Nec*, pro, *Non*, saepe posuerunt. *Acrem Flammam* dicit, ut Acres oculos igni succensos, atque terribiles dixit Verg. in XII <VERG. Aen. 12, 102>

<...> *-oculis micat acribus ignis.*

(47) -VIOLENTA] in libro Sfortiae est, *Violata*.

(52) NE PIGEAT MAGNO POST DIDICISSE MALO] legendum forte sit, *Tetigisse*, pro *Didicisse*. Sequitur enim, *Attigerit* <v. 53>. **MAGNO MALO**: Vt et Catullus, <CATVLL. 77, 2>

Frustra, immo magno cum pretio, atque malo.

(53) ATTIGERIT] In veteri libro testantur esse, *Attigeris*.

¹¹² Reza así: <...> *et castitate vitae sanctus repente mota mente* <...>

¹¹³ Es el texto: <...> *cogitabundus tamquam quodam secessu mentis* <...>

(53) –LABENTUR OPES] Quale illud, <NAEV. com. 54>.

Male parta, male dilabuntur.

(54) SANGUIS, UT HIC VENTIS, DIRIPITURQUE CINIS.] Vt qui sibi vindicant, glaebam tenent: qui Iovem lapidem iurant, lapidem iaciunt: sic haec sanguinem fundit, cinerem spargit. Si tamen admittas eam culpam.

(57-58) –SED TUA MATER/ ME MONET] in multis libris omnino melius, *Me movet.*

(58) –ATQUE IRAS AUREA VINCIT ANUS] Aureum vocant, quod laudant poetae. Sic Horat. <HOR. carm. 4, 2, 22-23>

<...> *mores,*
aureos <...>

Et Callimachus in hymno in Delon, <Call. *Del.* 39>

Tofra meh oupwsoi xruseih epimisgeto l htw/

(59) HAEC MIHI TE ADDUCIT TENEBRIS] In veteri libro esse adseverant, *Haec me deducit tenebris.* Sed, *Tenebris*, eodem modo in. II. eleg. I. <TIB. 2, 1, 76>

Ad iuvenem tenebris sola puella venit.

Vt et *sigh-* et silentio. Sic Cic. in II Philippica <CIC. Phil. 2, 76>

Nam, quod querebas, quo modo redissem, primum luce, non tenebris.

(66) QUIDQUID AGIT] omnino melius in libro Sfortiae, *Quidquid agat.*

(66) –SANGUIS EST TAMEN ILLA TUUS] Chorus apud Euripidem in Bachis <E. Ba. 987-989>:

*Tij ařa nin ečeken
ou)gar eč ařhato"
gunaikwa eřfu<...>*

Et Aristoteles <Arist. EN. 1161b, 27-30>:

<...> *goheiž meh ouj tekna filousin wj eautouj, talgar eč autwa ojben eteroi autoil t%-kexwrišqai tekna del goneij. Wj ap' ekeihwn pefukota aħel foi d' aħħil ouj t%-ek twa autwa pefukehai: h(gar proj ekeina tautothj aħħil ouj tauto poiei. Dialfasi tautoj aiha kallrifican kallta toiauta <...>*

(67-68) —QUAMVIS NON VITTA LIGATOS/ IMPEDIAT CRINES] Cingat. ut Horat. <HOR. carm. 1, 4, 9>

<...> *caput impeditre myrto.*

Vitta vero, pudicarum, et religiosarum. Ovid. in. I. de remedio amoris <OV. rem. 385-386>

*Thais in arte mea est, lasciva libera nostra est,
Nil mihi cum vitta est, Thais in arte mea est.*

Et in. I. de arte amandi <OV. ars 1, 31-32>

*Este procul vittae tenues, insigne pudoris,
Quaeque tegis medios instita longa pedes.*

(69) ET MIHI SINT DURAE LEGES] in omnibus fere libris, **Sunt durae leges.**

(70) POSSUM, QUIN OCULOS ADPETAT ILLA MEOS] etiam in plerisque, **Possum ego,** Adpetere autem, sic hoc positum loco videtur, ut et apud Catullum <CATVLL. 2, 3>

Cui primum digitum dare adpetenti.

(71-72) ET, SI QUID PECCASSE PUTOR, DUCORQUE CAPILLIS/ INMERITO, PROPRIAS PRORIPIORQUE VIAS] **Puter, ducar, proripiar**, in plerisque. At pro, **Proprias**, legi veteribus in libris adfirmant, **Pronas**.

(73) NON EGO TE PULSARE VELIM] ut tu me indignissime tractaris, non ego te referiam.

(73-74) SED, VENERIT ISTE/ SI FUROR] in Vaticano, et Marcelli Pont. Max libris non, **Iste**, sed **Ipse**.

(77) NAM QUAE FIDA FUIT] in multis omnino veteribus libris, **At quae**.

(77) –VICTA SENECTA] Sic Verg. in. VII. <VERG. Aen. 7, 452>

En ego victa situ <...>.

(80) TRACTAQUE DE NIVEO VELLERE DENTE PUTAT] in Colotii libro fuisse confirmant, **Textaque de niveo vellere dente parat**. In Sfortiae libro sic, ut in optimo quoque **Tractaque de niveo vellere ducta putat**. Varro **Tracta** dixit lanea <VARRO Men. 325>

Etiam suis, inquit, **manibus lanea tracta ministrasset infectori**.

Dente putare, id est secare, truncare. ut vites putantur. Si legimus, *Dente parat*, qui pertinet ad textrinam, *dentem* intellegamus. Alii legunt, **Tractaque de niveo vellere fila parat**.

(81) HANC ANIMO GAUDENTE] Verg. in VI <VERG. Aen. 6, 278-279>

**<...> -et mala mentis
Gaudia <...>**

(84) –ET, INFIDIS QUOD SIT ACERBA, MONET] In veteribus libris legerunt etiam alii, **Quam sit acerba**.

(85) HAEC ALIIS MALEDICTA CADANT] accident. Sic saepe Cicero.

ELEGIA SEPTIMA

(1-2) HUNC CECINERE DIEM PARCAE, FATALIA NENTES/ STAMINA] Nam et *Nere* simul, et *Canere* finguntur. Ovid. similiter, <OV. trist. 5, 3, 25-26>

*Scilicet hanc legem Parcae fatalia nentes
Stamina bis genito bis cecinere tibi.*

(4) ATAX] Quo de fluvio Mela <MEL. 2, 81¹¹⁴> in descriptione Galliae.

(5) EVENERE] Idem alibi. <TIB. 1, 5, 57>

Eveniet. dat signa Deus <...>

(6) BRACCHIA CAPTA] Sic in omnibus scriptis, non, *Rapta*. bello enim capti dicuntur.

(7) AT TE VICTRICES LAUROS] In Sfortiae libro, *Alte*. quod non improbandum videatur. *Victrices* autem *lauros* etiam dixit Vergil. in Bucol. <VERG. ecl. 8, 13>

Inter victrices ederam tibi serpere lauros.

(8) PORTABAT NIVEIS CURRUS EBURNUS EQUIS] In Sfortiae libro, *Portabit*. Sed illud omnino rectius. etenim illa evenerant. Et pro, *Niveis*, in tribus libris erat, *Nitidis*. quo modo Aldus olim. In uno, *Niveis*. Et utrumque probandum. Albis enim equis triumphantibus invehebantur.

(9-10) NON SINE ME EST TIBI PARTUS HONOS, TUA BELLA, PYRENE/ TESTIS, ET OCEANI LITORA SANCTONICI] Sic accipio. *Tua bella, et Pyrene, testis*. Et quae sequuntur. Vel *Tua bella*. idest *Pyrene Testis*, et testes *litora oceanii Sanctionici*. Similiter idem in IIII <TIB. 4, 1, 107-109¹¹⁵>

*<...> nam bellis experta cano, testis mihi victae
Fortis Iapigiae miles, testis quoque fallax
Pannonius <...>*

Et quae sequuntur.

¹¹⁴ Reza: *Atax ex Pyrenaeo monte degressus, qua sui fontis aquis venit, exiguis vadusque est et iam ingentis aliqui alvei tenens <...>*.

¹¹⁵ En ediciones modernas TIB. III 7, 107-109.

Et Ovid. in. VI. Fast. <OV. fast. 6, 765>

Sunt tibi Flaminius, Thrasimenaque litora testes.

Iosephus Scaliger legebat ipse, vel alios legere hoc loco, *Terbela*, pro *Tua bella*, quod eo tractu nomen loci fuerit. Plinius in IV <PLIN. nat. 31, 3> Aquitaniam describens Tarbelorum meminit. Antoninus Aug. In Itinerario Aquarum Terebelicarum eodem tractu. vel Pyrene dicta propterea terbella. **NON SINE ME EST TIBI PARTVS HONOS:** Similiter Verg. in. IX. <VERG. Aen. 9, 278-279>

*Nulla meis sine te quaeretur gloria rebus.
Seu pacem, seu bella geram <...>*

-SANCTONICI: in veteribus libris, *Santonici*.

(12) CARMOTI ET FLAVI] in Sfortiae libro, et Vaticano, et in II meis, *Carnoti*.

(13-14) AT TE, CYDNE, CANAM, TACITIS QUI LENITER UNDIS/ CAERULEUS PLACIDIS PER VADA SERPIS AQUIS] Quam difficilis sit, et aliena structura verborum, in facillimo, candidissimoque poeta, nemo non videt. ab scriptis libris nihil erat subsidii. Ego, levissime mutans, emendabam posteriorem versum, *Caeruleis placidus per vada serpis aquis*. Vt appareat iam non difficilis sententia. Cydnum fluvium suis leniter fluentibus undis placidum caeruleis aquis per vada serpere. idest in caeruleas aquas, ac marinas, influere. Cur enim *Caeruleus* dicatur Cydnus fluvius purissimus. de quo Curtius in. I. <CVRT. 3, 4, 8> quo modo fere Tibullus:

Cydnus non spatio aquarum, sed liquore memorabilis. quippe leni tractu e fontibus labens puro solo excipitur. Nec torrentes incurruunt, qui placide innantem alveum turbent. Itaque incorruptus, idemque frigidissimus. quippe multa riparum amoenitate inumbratus, ubique fontibus suis similis, in mare evadit.

Ovid. in. III. de arte amandi *Lucidum* propterea vocat, <OV. ars 3, 204>

Vel prope te nato lucide Cydne croco.

Idem vero Tibullus in. III. *Caeruleum amnem* dixit, <TIB. 3, 4, 17-18>

*Iam nox aetherium nigris emensa quadrigis
Mundum, caeruleo laverat amne rotas.*

Itaque. pro eodem habet aquas caeruleas et caeruleum amnem. Et idem ante caeruleas undas mare significans dixit, <TIB. 1, 4, 45-46>

*Vel si caeruleas puppi volet ire per undas,
Ipse levem remo per freta pelle ratem.*

Et Ovid. in. III. de arte amandi <OV. ars 3, 126>

Nec quia caeruleae mole fugantur aquae.

Quod autem, *Tacitis undis*, dicit, eodem modo Vergil. in. IX. <VERG. Aen. 9, 30-31>

*Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges <...>*

Et Esaias <Is. 8, 6¹¹⁶>

Toluðwr tou=sul wam, tol poreuomenon h̄suxhi

Meminit autem, praeter ceteros, huius fluvii Stephanus in verbo Cydna <St. Byz. 10>

Estikail Kuðnoj potamoſ Biquniāj.

¹¹⁶ La versión latina de la *Vulgata* es: <...> *pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloae quae vadunt cum silentio et <...> .*

(16) FRIDUS INTONSOS TAURUS ARAT CILICAS] in omnibus veteribus sic omnino erat. Et tamen sunt, qui, *Alat*, esse legendum putent. quam pridem etiam conjecturam feceram, Strabonis <Str. Chr. 12-14>, opinor, adductus verbis, qui montis huius fastigium adeo ferax esse scribat, ut alere multa possit hominum millia. Sed, cum frigus quoque rugas inducere legisset, idque nonnumquam significari eodem verbo *Arare*: ait enim Ovidius, <OV. Pont. 1, 4, 2>

Iamque meos vultus ruga senilis arat.

in tanto librorum consensu veterem lectionem putavi retinendam. namque Horat. in. I. Epist. dixit <HOR. epist. 1, 18, 105>

Quem Mandela babit rugosus frigore pagus.

(18) ALBA PALAESTINO SANCTA COLUMBA SYRO.] Sanctam, quam Syri non edunt. Hyginus fabula. CXCVII. <HYG. 197, 1>

Syri pisces, et columbas ex deorum numero habent, non edunt.

Et vetus interpres Phaenom. Arati, quae convertit Germanicus, in Piscibus signo.

Vnde hodie quoque Syri neque hos pisces edunt, et columbas potestate decorant.

(19) -TURRIBUS] Quae dicit Horat. <HOR. epod. 1, 1-2>

<...> *alta navium*
<...> *propugnacula.*

(20) -DOCTA TYROS.] in plerisque hoc modo. In nonnullis libris, *Tyrus*. At illo modo etiam aliis in locis. in. II. <TIB. 2, 3, 58>

Africa puniceum, purpureumque Tyros.

Et in. IV. <TIB. 4, 2, 16¹¹⁷>

Vellera det sucis bis madefacta Tyros.

¹¹⁷ En ediciones actuales, TIB. III 8, 16.

Et Propert. in. III. <PROP. 3, 13, 7>

Et Tyros ostrinos praebet Cadmea colores.

(21) –CUM FINDIT SYRIUS AGROS] in Vaticano, et uno meo, *Cum scindit*. Sed illo modo etiam Vergil. <VERG. georg. 2, 353>

Ergo ubi hiulca siti findit canis aestifer arva.

(23) –QUANAM POSSUM TE DICERE CAUSSA] in nonnullis libris, *Possim*.

(24) AUT QUIBUS IN TERRIS OCCULUISSE CAPUT] Eodem modo Flaccus, <HOR. carm. 4, 14, 45-46>

<...> *-fontium qui celat origines*
Nilus <...>

(26) –NEC PLUVIO SUPPLICAT HERBA IOVI] *Zeuf, uētioj* <Paus. 2, 19, 6>, *kai lojmbrioj* <Paus. 1, 32, 3>, a Graecis dictus. Hunc Tibulli versum Seneca <SEN. nat. 4, 2¹¹⁸> tribuit Ovidio, lapsus, opinor, memoria.

(27) –ATQUE SUUM PROLES MIRATUR OSYRIM] in Vaticano, et duobus meis veteribus, non *Proles*, sed *Pubes. Pubes barbara*: id est, Aegyptia. Quod autem Nilum Aegyptos Osyrim dicat, nondum alibi legi. Gyraldus scribit, deum existimari, ac Iovem etiam dici.

(28) MEMPHITEM PLANGERE DOCTA BOVEM] Sic in iis, quos vidi, scriptis libris, non *Plaudere*. Sic in vetustissimo epigrammate, apud Cardinalem Caesium Romae <CIL. 6, 10098>:

QVI. COLITIS. CYBELEN. ET. QVI. PHRYGA. PLANGITIS. ATTIN.

Nilum vero, et Osyrim, et Bacchum, pro eodem Tibullus habet. Qua de re Gyraldus eruditus, in historia deorum.

(30) –FERRO SOLlicitavit¹¹⁹ HUMUM] Sic Verg. in Georg. <VERG. georg. 2, 503>

Sollicitant alii remis freta <...>.

¹¹⁸ Reza el texto: <...> *et illi Ovidium suum inpingo* <...>.

¹¹⁹ En el original *solicitavit*, con una sola *-L*.

(32) POMAQUE NON NOTIS LEGIT AB ARBORIBUS] quas ipse sevisset.

(33) –TENERAM PALIS ADIUNGERE VITEM] in quibusdam libris, *Ternam*. Sed illud omnino videtur rectius. Sic Verg. in I Georg. <VERG. georg. 1, 2>

<...> *ulmisque adiungere vites.*

(36) EXPRESSA INCULTIS UVA DEDIT PEDIBUS] videndum, an potius legendum sit, *Inlutis*. in veteribus enim libris fere *Eluta*, et *Inluta*, pro, *Elota*, et *Inlotia*. neque enim, *Incultis pedibus*, apte hoc loco, pro *Nudis*.

(37) ILLE LIQUOR DOCUIT VOCES INFLECTERE CANTU] Ovid. <OV. met. 7, 432-433>

<...> *necnon et carmina vino*
Ingenium faciente canunt <...>.

(38) MOVIT ET AD CERTOS NESCIA MEMBRA MODOS.] Saltare docuit. Sic Horat. <HOR. ars 395>

Membra movere sono testudinis <...>.

NESCIA: Saltationis ignara.

(40) PECTORA TRISTITIAE DISSOLVENDA DEDIT] Legebam, *Tristitia*, quale illud Vergili <VERG. Aen. 1, 562>:

Solvite corda metu <...>.

In vetusto libro Angeli Colotii fuisse adfirmant, *Laetitia*.

(42) CRURA LICET DURA COMPEDE PULSA SONENT] In uno meo pro *Compede, Cuspede*, et in Vaticano. itaque esse aiunt in Florentino libro Bibliothecae. S. Laurentii. Quod genus acerbitatis quale fuerit, cogitare non possum. Pro, *Pulsa, Pressa*, in nonnullis libris fuisse adfirmant. Idem Tibullus in. II. similiter, <TIB. 2, 6, 25-26>

*Spes etiam valida solatur compede vinctum.
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.*

(43) NON TIBI SUNT TRISTES CURAE, NON LUCTUS OSYRI] In veteribus, *Nec luctus*. quo modo olim Aldus. Sed pro *Luctus*, in Sfortiae libro, *Vultus*, legebatur. quod etiam placet. Vt eum minime torvo esse vultu significet. quod *Frontis rugam* videtur Ovidius dicere, de eodem, in arte amandi, <OV. ars 1, 238-240>

*Cura fugit multo, diluiturque mero.
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua tollit,
Tunc dolor, et curae, rugaque frontis abest.*

(44) ET LEVIS APTUS AMOR] Sic in omnibus, quos vidi, libris. Alii legunt, *Lenis, et aptus amor*. Aldus olim edidit, *Levis, et aptus amor*. quo modo in Florentino. Sed illud probabilius. nam *Levis amor* ab Ovidio sic dicitur in. IIII. enim Fastorum <OV. fast. 4, 100>

Nec coeunt pecudes, si levus absit amor.

Et Paulus Silentarius <Paul. Sil. 72>, apud Stobaeum, eodem modo, *Koufoj eJwjj.*

(45) –ET FRONS, REDIMITA CORYMBIS] Vnde *Corymbifer* ab Ovidio <OV. fast. 1, 393> dicitur.

(46) FUSA SED AD TENEROS LUTEA PALLA PEDES] Eius amictum *flogoeidh*/scribit esse Gyraldus, auctore, opinor, Diodoro Siculo. qui color a flammeo parum distat.

(48) ET LEVIS OCCULTIS CONSCIA CISTA SACRIS] Adludens ad haec sacra Ovid. in. II. de arte amandi <OV. ars 2, 609-610>

*Condita si non sunt Veneris mysteria cistis,
Nec cava vesanis ictibus aera sonant.*

(49-50) HUC ADES, ET CENTUM LUDOS, GENIUMQUE CHOREIS/ CONCELEBRA] Legendum forte sit, *Centum ludis*. *Centum* autem, pro multis dixit. Vergil. <VERG. georg. 3, 18>

Centum quadriugos agitabo ad flumina currus.

Atque haec ad Messallam commodius, quam ad Bacchum, referantur.

(50) –ET MULTO TEMPORA FUNDE MERO] Ovid. in. I. de remedio amoris, <OV. rem. 146>

Aleaque, et multo tempora funde mero.

(53) HODIERNE] Vocativus, pro nominativo, more veterum¹²⁰.

(53-54) SIC VENIAS HODIERNA TIBI DUM TURIS HONORIS/ LIBAT, ET MESSOPIO DULCIA MELLE FERAM] legendum e veteribus, *Sic venias hoderne, tibi dem turis honores, Liba, et Mopsopio dulcia melle feram*. Haec autem etiam ad Messallam, quem vult adesse cum acino, ac floribus, ipse additurus et tus, et liba. Sic autem *Hodierus*, pro, *Hodie*, dicitur a poetis, perornate: ut Crastinus, Matutinus, et Vespertinus, cum ad homines illa referuntur. *Dulcia* vero *melle liba* dicit, quae *Mel ittouata* dicuntur. Idem alibi similiter, <TIB. 1, 10, 23-24>

*Atque aliquis voti compos liba ipsa ferebat,
Postquam comes purum filia parva favum.*

(56) –ET CIRCA STET VENERANDA SENEM] optimam lectionem libri Card. Sfortiae sequor, emendoque *Venerata*.

¹²⁰ *vaeterum* en el original.

(57) NON TACEAM MONUMENTA VIAE] in plerisque veteribus, *Ne taceat*, in nonnullis, *Nec taceant*. Haec filios significat esse locuturos.

(57) –QUAE TUSCULA TELLUS] Viam ne etiam straverit, an restituerit, non exprimit Rutulius Munatianus. Sed idem in II lib. Itinerarii <RUT. NAM. 1, 267 y ss> prope Centum cellas in Tauri Thermis illius poema extitisse significat. scribit enim:

*Haec quoque Pieris spiracula comparat antris
Carmine Messallae nobilitatus ager.
Intranemque capit, discedentemque, moratur
Postibus adfixum dulce poema sacris.*

Et quae sequuntur apud illum.

(58) CANDIDAQUE ANTIQUO DETINET ALBA LARE] in uno libro non, *Alba*, sed *Arva*. illud rectius. Incertus sum, an sic dicat, quod glareosas Albanus ager sit, an quod palustris glareosa, et lapidibus a Messalla via fuerit strata. Quod indicare Sili versus videntur, <SIL. 8, 505-506>

*Vrbibus est illis caput, interiorque per udos
Alba sedet campos, pomisque rependit aristas.*

Sed nodum expedit Propertius, qui ab albae suis omne dictam Albam scribit. quamobrem candidam quoque dicit Tibullus. Versus Properti sunt, in. IV. <PROP. 4, 1, 35-36>

*Et stetit Alba potens, albae suis omne nata,
Hac ubi Fidenas longa erat ire via.*

(61) TE CANIT AGRICOLA, E MAGNA CUM VENERIT URBE] In Vaticano, *Te canet*. In Sfortiae libro praepositio, *E*, non legitur, non etiam in. II. meis, aliisque nonnullis.

(63) –MULTOS CELEBRANDE PER ANNOS] In Sfortiae libro, *Celebrare*, in uno meo, *Celebrata*. itaque legendum videtur, *Celebrate*.

(64) CANDIDIOR, ...-CANDIDIORQUE VENI.] Magis magisque candidus. -CANDIDIORQUE¹²¹ VENI: In eodem Sfortiae libro, non *Veni*, sed *Redi*. Idem in. III. in eandem sententiam. <TIB. 3, 3, 25>

O niveam, quae te poterit mihi reddere, lucem.

¹²¹ En el original *candidior que*.

ELEGIA OCTAVA

(1) NON EGO CELARI POSSUM, QUID NUTUS AMANTIS] in veteribus omnibus, *Celare possum*. mihi valde probatur, quod Aldus edidit, *Non ego celarim, possit quid vultus amantis*¹²². Sed in Sfortiae libro pro *Amantis, Amoris* legebatur. *Nutus* autem in amore adhiberi solitos, multorum versus poetarum Latinorum significant. Et Theocritus in Pharmaceutria. <Theoc. *Idyll. 2, 100*>

Kh̄peilka/nin eþnta maþoij moþon, aþuxa neuson.

(2) QUIDVE FERANT MITI LENIA VERBA SONO.] Lenes illi susurri, ut ab Horat. dicuntur <HOR. carm 1, 9, 19¹²³>.

(4) PRAECINIT EVENTUS] Vaticanus liber duplarem ostendit lectionem. est enim etiam illic, *Exprimit eventus*.

(5) IPSA VENUS MAGICO RELIGATUM BRACCHIA NODO] Magicum nodum, dicit cantum ipsum beneficæ, quo quasi devotus longo usu, multaque acerba experiundo, amoris omnia perdidicit magisteria. Sic, ut facile intellegat, ac signis exploret amicæ suæ vel propensum animum in se, vel alienum.

(6) PERDOCUIT MULTIS NON SINE VERBERIBUS] In Florentino, *Perdocuit Marathum non sine vulneribus*. De Marathi enim amoribus tam multa scribit.

(8) QUOS VIDET INVITOS] Significat, amicam vix tandem se amare coepisse.

(9) QUID TIBI NUNC MOLLES] in Sfortiae libro, *Quid tibi tum.*

(10) SAEPEQUE MUTATAS] in Florentino, *Saepe et mutatas.*

(11) QUID FUZO SPLENDENTE COMAS ORNARE] in uno meo, non *Comas*, sed *Genas*. quod est omnino rectius. etenim *Comas* iam dixit <v. 10>.

¹²² Es la única vez en que observamos un error en una cita de la primera aldina: el texto editado por Aldo en 1502 reza: *non ego caelarim, possit quid nutus amantis*; también se lee *nutus* en la de 1515; no hemos hallado ningún lugar en que se lea *vultus*.

¹²³ Reza el texto: *lenesque sub noctem susurri.*

(12) ARTIFICIS DOCTA SUBSECUISSE MANU] Vaticanus liber illam quoque lectionem prae se fert, ut pro *Subsecuisse*, *Supposuisse* etiam legi possit. Quod si sequimur, *Doctae manu*, legendum censeo. Vt sub cultro esse dicuntur, qui versantur in periculo, sic unguis artificis manu supponi dicantur circumcidendi.

(14) ANSAQUE COMPRESSOS COLLIGAT ARTA PEDES] In Sfortiae libro, *Ansaque compressos colligit arte pedes*. In nonnullis, *Adligat arta pedes*. Aldus olim, *Arctaue¹²⁴ constrictos cogit aluta pedes*. Quod esse docti alicuius commentum reor. *Ansa* vero est, quae Graece *h(labhl* dicitur. auctor Servius in. VII. in illud, <VERG. Aen. 7, 796>

<...> -et picti scuta Labici.

Ansulas etiam, in hoc genere, dixit Valerius Max. in. VIII. cap. XIII. <VAL. MAX. 8, 12, 3>

Mirifice et ille artifex, qui in opere suo moneri se a sutore de crepida, et ansulis passus <...>

Et Plin. in. XXXV. de eodem <PLIN. nat. 35, 85>

Feruntque a sutore reprehensum, quod in crepidis una intus pauciores fecisset ansas <...>.

Et Sidonius Appolinaris ad Lampridium <SIDON. epist. 8, 11, 3, 12>

*Perges sic melius volante saltu,
Si vestigia fasciata nudi
Per summum digiti tegant citatis
Firmi ingressibus, atque vinculoram
Concurrentibus ansulis reflexa
Ad crus per cameram catena surgat.*

(15) ILLA PLACET] in Florentino, *Ipsa*, ut olim Aldus. in ceteris omnibus, *Illa*.

(16) NEC NITIDUM TARDA COMPSERIT ARTE CAPUT.] Terent. <TERENT. Haut. 240>

Dum conantur, dum moliuntur, annus est.

¹²⁴ Así, *Arctaue*, con esta grafía, en el original; en la edición de Aldo lo que encontramos es *Artaue*.

(17) NUM TE CARMINIBUS, NUM TE PALLENTIBUS HERBIS] **apostrophi** ad Marathum.
Pallentes herbas etiam dixit Vergilius, <VERG. ecl. 6, 54>

Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas.

(18) DEVOVIT TACITO TEMPORE NOCTIS ANUS] Magicae mulieres, **Anus**. Insignis vero locus est, apud Laertium in Bione, ubi anus, eiusmodi functa ministerio, ab eo describitur. De Bione enim, impietatis suae paenitente <D. L. 4, 4-6>

*Oud' eīpe moħon hji iton, subgnwte tojx prih
ajjal kailgraidi doken eujmerwji trakħi on eijj epwdhh
kailskutisi braxibnaj pepeis meħoġ ejdhe.*

Quibus in verbis esse etiam illud videtur, quod supra dixit, <TIB. 1, 8, 5>

<...> *magico religatum bracchia nodo.*

Et, quae vocantur in hoc genere *Carmina*, dici a Graecis **Epwdaj**. Et Theocritus Anum magicam significavit, et verbo **Epaðein** in hoc genere est usus in Pharmaceutria <Theoc. Idyll. 2, 91>:

Hpolāj ej ipon gralāj domon, atij epaden

De quo iam dictum. Sic Horat. in V Carm.¹²⁵ *Carmen* posuit, <HOR. epod. 5, 71-72>

*A, a, solutus ambulat venefcae
Scientioris carmine.*

Et Ovid. in. II. de Arte amandi, <OV. ars 2, 103-104>

*Phasias Aesoniden, Circe tenuisset Vlixem,
Si modo servari carmine posset amor.*

Idem Tibullus ante, <TIB. 1, 5, 12>

Carmine cum magico praecinuisset anus.

¹²⁵ Nosotros hemos encontrado esta cita como perteneciente a *Epodos*.

(19) CANTUS VICINIS FRUGES TRADUCIT AB AGRIS] **E kbasij.** In Sfortiae libro, *Segetes deducit*. Sed illud probabilius.

(20) CANTUS ET IRATAE DETINET ANGUIS ITER] Sic etiam in scriptis libris, feminino genere. Vergilius, masculino <VERG. ecl. 8, 71>

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Carisius in I <EXC. Bob. gramm. I, 69>

Anguis, cum sit masculini generis, dixerunt tamen et femini. ut Tibullus <TIB. 1, 8, 20> ‘iratae detinet anguis’. Et Ovidius <OV. medic. 39> ‘Mediae marsis findantur cantibus angues’. Et Varro Atacinus <VARRO carm. frg. 9> ‘Cuius ut aspexit torta caput angue revinctum’.

(21) CANTUS ET E CURRU LUNAM DEDUCERE TEMPTAT] In uno meo, aliisque nonnullis, *Deducere lumina*. Horatius¹²⁶ similiter, <VERG. ecl. 8, 69>

Carmina vel caelo possunt deducere lunam.

Est enim, **Deducere**, ex alto, atque excenso loco deorsum ducere. Ovid. in III Fastorum <OV. fast. 3, 317>

Hunc tu non poteris per te deducere caelo.

Quo fit, ut probabilius legatur supra, **Traducit**, quam **Deducit**.

(22) ET FACERET, SI NON AERA REPULSA SONENT] Auctor poematis de medicamine faciei, <OV. medic. 41-42>

*Et quamvis aliquis Temesea removerit aera,
Numquam luna suis excutietur equis.*

¹²⁶ En la localización de la cita, como de Horacio, parece que hay un *lapsus*; se trata de las *Églogas* virgilianas.

Et Plin. <PLIN. nat. 2, 54>

Misera mortalitas, velut mortem siderum pavens, deliquio solis in luna beneficia argenteo ob id crepitum dissenso auxiliata est.

Theocritus in Pharmaceutria <Theoc. Idyll. 2, 35-36>:

*Qeſtuj kailkuhej aħmin aħha ptoł in w̑ruba ntai,
A ħeoj eħi triaħboisi tolxal kibn wif takoj akei.*

Interpres <Apoll. Hist. 36 a, 2>

Toh gar calkoh epeidon eħi taiżżejjed ejj leiyesi thie sel hħej, kail eħi toij katoxomehojj, epeidhi eħomizeto kaqarnej eihai kail aħel astikoj twa miasmehw dioper proj pašan aħfosihsin kail aħokkaqarsin xrwato. wif qhsil kail Apol I oħwroj eħi t%-peril Qewha.

(23) -CARMEN] ***tħh eħwdha***

(24) FORMA NIHIL MAGICIS UTITUR AUXILIIS] eam forma vim habet, ut in sui amorem facile quemvis rapiat.

(26) –SED FEMORI CONSERUISSE FEMUR] legendum forte, *Sed femini conseruisse femur.* Sic enim Carisius in I <EXC. Bob. gramm. I, 105>

Femini. Tibullus, Implicitum femur femini: non, Femori. quasi sit hoc Femur, huius Feminis. Femen enim nominativo, ut Semen, necdum legitimus a veteribus adseratum.

Versus, opinor, Tibulli fuit, *Implicitum femur femini.* itaque obliquis huius nominis semper hoc usum modo Tibullum existimo.

(27) NEC TU DIFFICILIS PUERO] Sic Horat. <HOR. carm. 3, 7, 31-32>

*Et te saepe vocanti
Duram, difficilis mane.*

Et Ovid. in. II. de Arte amandi, <OV. ars 2, 565-566>

*Nec Venus oranti, nec enim dea mollior ulla est
Rustica Gradivo, difficilisque fuit.*

(29) MUNERA NEC POSCAS] in multis veteribus hoc modo. In multis item, *Ne poscas*.

(31-32) CUI LEVIA FULGENT/ ORA] in Sfortiae libro, non *Levia*, sed *Mollia*. Sic autem imberbem, atque investem significat. Quintilianus in. XII. de Polycleto <QVINT. inst. 12, 10, 8>

Nam ut humanae formae decorem addiderit supra verum, ita non explevisse deorum auctoritatem videtur. Quin aetatem quoque graviorem dicitur refugisse, nihil ausus ultra leves genas.

LEVE, sine diphthongo scribendum. mutata enim quantitate aliud significat. hoc ita esse, vetera monumenta confirmant. Graece *malakoh*. sic prope dici videtur. Theocr. in *Boukol isk%*: <Theoc. Idyll. 20, 8>:

Wj malakoh tolgeheion ekeij <...>

(32) –ASPERA BARBA] in uno meo, *Hispida*.

(33) HUIC TU CANDENTES UMERO SUPPONE LACERTOS] In Vaticano praeter hanc, illa etiam lectio, *Huius candentes*. Et quae sequuntur.

(34) ET REGUM MAGNAE DESPICIANTUR OPES] Propert. in I <PROP. 1, 14, 23-24>

*Quae mihi dum placata aderit, non ulla verebor
Regna, nec Alcinoi munera despicere.*

(35) –PUERO CONCUMBERE FURTIM] in Sfortiae libro, et Florentino, non, *Concumbere*, sed, *Succumbere*.

(36) DUM TIMET] in Sfortiae libro, *Dum tenet*.

(36) –ET TENEROS CONSERIT USQUE SINUS] *Sinus conserit*, opponens aliorum oculis, et pueri imponens. ut translatum sit ab agricultoribus, frequentes arbores serentibus, vel a remilitari, in qua qui sunt in insidiis, densas arbores opponunt oculis hostium: vel legendum, *Congerit*, non *Conserit*.

(38) –ET IN COLLO FIGERE DENTE NOTAS] Propert. in. IV. <PROP. 4, 3, 25-26>

*Haec noceant potius, quam dentibus ulla puella
Det mihi plorandas per tua colla notas.*

Et Horat. <HOR. carm. 1, 13, 12>

Impressit memorem dente labris notam.

(39-40) –QUAE FRIGORE SOLA/ DORMIAT] Per hiemem. Verg. <VERG. ecl. 2, 12>

Lac mihi non aestate novum, non frigore defit.

Atque alibi, <VERG. ecl. 5, 70>

Ante focum, si frigus erit, si messis in umbra.

Et Sophocles in Philoctete <S. Ph. 17-19>

*<...> - iħ' eħ yukei meħ hħi ibu dipl ħ-
Palestin eħqakhsij, eħ qeħei d' uħnon
Di' aħrif trħejx auj ibu peħpei pnoħ/*

Numero quoque multitudinis idem significat Columella in. IV. <COLVM. 4, 23, 296>

Nam, ubi ruris vastitas electionem nobis temporis negat, valentissimam quamque partem vineti frigoribus macerrimam vere, vel autumno. Et quae sequuntur.

(40) –ET NULLI SIT CUPIENDA VIRO] In Sfortiae libro, *Capienda*.

(41) –SEROQUE IUVENTA] In multis veteribus non *Iuventa*, sed *Iuventas*. quod placet.

(43) TUM STUDIUM FORMAE EST] in Sfortiae libro non erat verbum **Est**.

(43) –COMA CUM MUTATUR] in scriptis omnibus, **Coma tum mutatur**. cuiusmodi enim mutatio sit, ea, quae sequuntur, ostendunt.

(45) TOLLERE TUNC CURA EST] in multis libris, non **Tunc**, sed **Nunc**. illud rectius. Propertius in. III. eodem modo, <PROP. 3, 24, 33>

Vellere cum cupies albos a stirpe capillos.

Eodem etiam pertinet, quod de Iulia narrat Macrobius in. III. Saturn. in iocis Augusti <MACR. Sat. 2, 5, 7>

Illa enim mature habere cooperat canos, quos legere secreto solebat.

itaque calva, quam cana, esse malle videbatur. Eleganter in eodem genere Mimnermus lusit <Mimn. Fr. 5, 5-6>:

*Hbh timhessa told' aʒgal ebn kailaʒmorfon
ghraj uþer kefal h̄j auþix' uþerkrehatai.*

(45) –ALBOS A STIRPE CAPILLOS] canos. Verg. in. IX. <VERG. Aen. 9, 649-651>

*Omnia longaevō similis vocemque coloremque
Et crines albos <...>.*

(47-48) –AT TU, DUM PRIMI FLORET TIBI TEMPORIS AETAS,/ VTERE] Sic Ovid. in. III. de Arte amandi, in eandem sententiam loquitur, <OV. ars. 3, 65>

Vtendum est aetate, cito pede labitur aetas.

(49) HEU MARATHUM TORQUES.] in nonnullis libris, **Seu**, non, **Heu**. Et **Torque**, non **Torques**. Legendum forte, **Heu Marathum torque**. Marathi vero liberti meminit Suetonius, in vita Augusti <SVET. Aug. 79¹²⁷>.

(50) IN VETERES ESTO DURA PUELLA SENES] **Veteres**, vietos. Sic Horat. *Saturnum* dixit *veterem* <HOR. carm. 2, 12, 9¹²⁸>. Verg. in. IX. <VERG. Aen. 9, 647>

¹²⁷ Reza el texto: <...> *staturam brevem, -quam tamen Iulius Marathus libertus <...>*.

¹²⁸ Es el texto: *Saturni veteris, tuque pedestribus*.

Antiquum Buten <...>.

Terent. In Eunicho <TERENT. Eun. 688>

Hic est vetus, vietus, veternosus, senex.

Catullus *Priscum parentem* sic dixit, <CATVLL. 64, 159¹²⁹> in Nuptiali carmine. quamquam alii alio referunt. Cecropem aiunt iureiurando Athenienses adstrinxisse, ut una quisque uxore contentus viveret. hunc a Catullo Cecropem Priscum parentem dici. Sitque eius loci sententia, *Si tibi uxor alia placebat, me certe ancilla, ac serva uterere.* Sed hoc eruditi viderint.

(51) –NON ILLI SONTICA CAUSSA EST] In Vaticano etiam, *Sartica*, in uno meo, *Rustica*. In alio, *Scutica*. quae sunt omnia vitiosa. Legendum itaque *Sontica*. est autem sensus, quod Marathus tam rubet, quam si luteo tinctus esset, non ille quidem turpe ob factum aliquod erubescit, sed amoris hae notae sunt, quo vehementer incenditur. *Sontica caussa* quae sit, docere videtur Naevius <NAEV. com. 128>, apud Festum Pompeium <FEST. 372> cuius illa sunt:

Sonticam esse oportet caussam, quamobrem perdas mulierem.

Itaque gravem culpam sic, opinor, quasi proverbio significabant.

(52) SED NIMIUS LUTEO CORPORA TINGIT AMOR] vel quod amore sit incensus, ut rubescat: vel quod eo sit amabilis colore. *Luteum* autem, non *Lutum* dici a Vitruvio <VITR. 7, 14, 2¹³⁰> adfirmant. Et legendum apud Verg. <VERG. ecl. 4, 44>

<...> iam croceo mutabit vellera luteo.

Idque per synaeresin. Quam lectionem Servius videtur agnoscere. interpretans enim ait, *Luteo colore, rubicundo*. itaque in meo bene veteri libro.

(53-54) VEL MISER, ABSENTI MAESTAS QUAM SAEPE QUERELLAS/ CONICIT] *Vel*, particula sic iuncta cum *Quotiens*, et, *Quam*, particulis videtur, apud Terentium in Hecyra <TERENT. Hec. 60-61>

¹²⁹ Reza el texto: *saeva quod horrebas prisci praecepta parentis...*

¹³⁰ Es el texto: *chrysocolla <...>, herba, quae luteum appellatur...*

*Vel hic Pamphilus iurabat quotiens Bacchidi,
Quam sancte <...>.*

Maestas querellas, sic dixit, ut et Verg. <VERG. georg. 4, 515>

<...> -et maestis late loca questibus implet.

Conicere autem querellas, sic dixit, ut et Verg. Iactare, in Bucol. <VERG. ecl. 2, 4-5>

*<...> -tamen haec incondita solus
Montibus, et silvis studio iactabat inani.*

Et in. IV. Proper. <PROP. 4, 11, 84>

Vt responsurae singula verba iace.

Et Graeci, opinor, **Anaba** *I* **ein**.

(55) QUID ME SPERNIS, AIT] in nonnullis libris, *Spernit*.

(55) –POTERAT CUSTODIA FALLI] in omnibus libris, *Vinci*, non *Falli*.

(57) NOTA VENUS FURTIVA MIHI] Nil est, inquit, quod te excuses: nihil, quod verere. possum enim ad te furtim venire, tecum esse, sine ullo animae, aut oscularum, qui nos prodat, strepitu. *Furtivam* quoque *Venerem* Mimnermus significat, apud Stobaeum <Stob. 4, 20 a, 16, 4-5>:

*Kruptadih fil wtij kailmeilixa dwra kailleuhhl
A hqea kaihphj gignetai arpal ea.*

Et, ut putatur, Orpheus in hymno in *Venerem* <Orph. H. 55, 9>:

Peiqoi lektroxarhj, krufia/xaridwti.

Et Ovid. in. I. de Arte amandi <OV. ars 1, 275>:

Vtque viro furtiva Venus, sic grata puellae.

(60) ET STREPITU NULLO] in Florentino, *Et sonitu nullo*.

(61) QUID PROSUNT ARTES] Sic in uno meo, et Florentino. In ceteris, *Quid possunt artes.* ut et Aldus pridem edidit. Ovidius illo modo, <OV. met. 1, 524>

Nec prosunt domino, quae prosunt omnibus artes.

(64) –EVIGILANDA MODIS] In Vaticano, ac nonnullis aliis, non *Modis*, sed *Malis*.

(67) DESISTAS LACRIMARE, PUER] Haec Tibullus.

(69) ODERUNT PHOLOE, MONEO, FASTIDIA DIVI] Sic in veteri monumento, in Lusitania < CIL. 2, 00391 >, verbum *Moneo* interpositum: *Vixi terdenos annos, sine crimine vitae, Vivite victuri, moneo, mors omnibus instat. Fastidia* vero sic dixit, ut et Verg. eodem in genere < VERG. ecl. 2, 15 >:

Atque superba pati fastidia.

(72) NESCIUS ULTOREM POST CAPUT ESSE DEUM] Amorem ipsum.

(73) SAEPE ETIAM LACRIMIS FERTUR RISISSE DOLENTIS] in meis, item in Vaticano, et Florentino, *Lacrimas*, non *Lacrimis*.

(76) QUAECUMQUE OPPOSITA EST] in Sfortiae libro, *Apposita est*. At illo modo etiam Ovid. in II. de Arte amandi, < OV. ars 2, 243-244 >

*Si tibi per tutum, placitumque negabitur ire,
Atque erit opposita ianua fulta sera.*

(76) –IANUA FIRMA] In plerisque non *Firma*, sed, *Dura*.

(77) –NISI DESINIS] In plerisque, *Ni desinis*.

ELEGIA NONA

- (1) –MISEROS LAESURUS AMORES] in Florentino, *Amantes*. ut et olim Aldus.
- (2) FOEDERA PER DIVOS CLAM VIOLANDA DABAS] *Dare foedera per divos*, est, eorum numen, atque auctoritatem, ut ita dicam, interponere.
- (3) A MISER] Sic omnino legendum.
- (3) –ET SI QUIS] Duo verba sunt.
- (4) SERA TAMEN TACITIS] Propert. <PROP. 2, 16, 47-48>

*Non semper placidus periuros ridet amantes
Iuppiter <...>.*

- (8) ET DURUM TERRAE RUSTICUS URGET OPUS] Idem in. II. hoc ipsum intellegens *opus*, <TIB. 2, 1, 5-6>

*Luce sacra requiescat umus, requiescat arator,
Et grave suspenso vomore cessen opus.*

- (9) LUCRA PETITURAS FRETA PER PARENTIA VENTIS] in Florentino, *Parentia per freta*. Lucan. in. V. <LVC. 602>

Et dubium pendet vento cui pareat aequor.

Sunt, qui se legisse etiam dicant in veteribus libris, *Per vela patentia ventis*.

- (11-12) –AT DEUS ILLA/ IN CINEREM, ET LIQUIDAS MUNERA VERTAT AQUAS] Sic de rebus dicebant, quas esse funditus deletas volebant. Propert. <PROP. 2, 16, 43-46>

*Sed quascumque tibi vestes, quoscumque zmaragdos,
Quosve dedit flavo lumine Chrysolithos,
Haec videam rapidas in vanum ferre procellas,
Quae tibi terra velim, quae tibi fiat aqua.*

Et Ovid. in eodem genere, in. III. Amor.<OV. am. 3, 8, 65-66>

*O si neglecti quisquam Deus auctor amoris,
Tam male quaesitas pulvere mutet opes.*

Et auctor Culicis, in alio tamen genere <DIRAE 102>

Quamvis ignis eris, quamvis aqua, semper amabo.

Quae omnia ducta ab Homericō illo <Hom. Il. 7, 99>:

<...> *All' uñmeijj meh pahtej uñwr kallgaiä gehoisqai.*

(13) IAM MIHI PERSOLVET POENAS] Sic in omnibus veteribus libris. Aldus tamen olim, *Persolves*.

(23-24) –PARANTI/ SIT DEUS] verbum, *Esse*, hoc loco eam vim habet, ut infensum Deum significet. ut et *Additus* verbum apud Verg. <VERG. Aen. 6, 90-91>

<...> *nec Teucris addita Iuno
Vsquam aberit* <...>.

In nonnullis libris, *Est Deus*.

(25) IPSE DEUS TACITO PERMISIT LENE MAGISTRO¹³¹] in uno meo, *Ipse Deus tacito permisit lena magistro*. quod placet, si pro *Magistro*, legas, quod est in ceteris omnibus, *Ministro*. Vt lena, cui minister plurimum vini fudisset, tacenti interim multa dixerit.

(27) –SOMNO DOMITOS] Ennius eodem modo in. VIII. Annali <ENN. ann. 8, 252>

Nunc hostes, vino domiti, somnoque sepulti.

(28) –ET INVITOS FACTA NEFANDA LOQUI] Cic. in libro Topicorum <CIC. top. 24¹³²> de genere argumentorum *atexnwa*. Et Lucret. in. IIII. <LVCR. 4, 1018-1019>

*Multi de magnis per somnum rebus loquuntur,
Indicioque sui facti persaepe fuere.*

¹³¹ En A₃ ministro.

¹³² Reza el texto: *Itaque Graeci talis argumentationes g-atechnous vocant. Id est artis expertis* <...>.

(31-32) –NULLO TE DIVITIS AURI/ PONDERE] in multis veteribus, non **Te**, sed **Tibi**. Eo forte sensu, aurum illi quocumque pondere dives non videri, prae fide ipsa.

(33) –SI PRETIUM CAMPANIA TERRA DARETUR] Propert. in. III. <PROP. 3, 5, 5>

Nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur.

Et Florus in. I. cap. XVI. <FLOR. epit. 1, 28, 12>

Omnium non modo Italia, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniae plaga est.

(34) –SI BACCHI CURA FALERNUS AGER] **Bacchi cura**. Id es, amor. Sic Verg. <VERG. ecl. 10, 22>

Tua cura Lychoris.

Et Horat. <HOR. carm. 2, 8, 7-8>

*<...> iuvenumque prodis
Publica cura.*

(35) ILLIS ERIPERES VERBIS MIHI] persuasisses, non lucere, alienatis prope sensibus, ac sublatis. Horatius eodem verbo sic est usus in. II. Serm. Sat. II. <HOR. sat. 2, 2, 23-24>

*Non tamen eripiam, posito pavone, velis quin
Hoc potius, quam gallina, tergere palatum.*

Et Cornel. Celsus eodem prope modo, in. VI. <CELS. 6, 5>

*Paene ineptiae sunt curare varos, et lenticulas, et ephelidas, sed eripi tamen feminis
cura cultus non potest.*

(35-36) –SIDERA CAELI/ LUCERE] Placet Vaticani libri lectio, *Sidera caelo Lucere*.

(36) –ET PURAS FULMINIS ESSE VIAS] **vias**: sulcos. Festus in verbo Sulci <FEST. 392¹³³>. Verg. in. V. <VERG. Aen. 5, 525-526> *Viam* simili dixit in genere,

¹³³ Reza el texto: *Sulci appellantur, qua aratrum dicitur <...>*

*Namque volans liquidis in nubibus arsit harundo,
Signavitque viam flammis- <...>.*

Fulmen etiam, qua eius vestigium, similiter appellatur. nam legendum videtur hoc loco, *Fulminis*, non *Fluminis*. illo enim modo est in Florentino, ac nonnullis aliis. *Puras* autem, claras intellego. Lucan. in. V. <LVC. 5, 630-631> cum portentum significaret, alienumque ab eo, quod naturale, et consuetum esset:

*Lux etiam metuenda perit, neque fulmina currunt
Clara- <...>*

Sed nec, si *Fluminis* legamus, alienum videatur. Nam, quod hoc loco bidental quidam, et contacta loca dicunt intellegi, quae

nec intueri, neque calcari debere fulgurales libri pronuntiant,

ut ait Ammianus Marcellinus in XXIII <AMM. 23, 5, 13>. repugnans id esset poetae sententiae. quid enim dicat, *Eripere pura esse ea loca, persuaderes pura non esse, quae vere pura non sunt*. In Vaticano autem, non *Esse*, sed *Ire* legebatur. quod placet.

(39) QUID FACEREM] Aldus olim edidit, *Quid faciam*. In veteribus quibusdam, *Quid faceres*. Sed, quocumque modo legas, difficilis est omnino sententia. Ego, quod est in Vaticano libro, vehementer probabam, *Quid dicam, quod, ut ipse, fores in amore puellae*. Quid inquit, dicam etiam, quemadmodum ipse ego in tui amore, sic tu esses in amore puellae. deinde commemorat, quae praestiterit amantibus obsequia.

(41) O QUOTIENS, VERBIS] legi quidem hoc modo etiam potest, sed duriuscule. ego legendum putabam, non *Verbis*, sed *Vobis*.

(44) SED LATUIT] In quibusdam libris, *Et latuit*. quod placet.

(46) NAM POTERAM AD LAQUEOS CAUTIOR ESSE TUOS.] Similiter Sappho in asmate de Venere <D. H. Comp. 23, 58>

Kailsaghneusan filothta <....>.

(51) –CUI FORMAM VENDERE CURAE EST] in omnibus scriptis libris, *Cura est*.

(53) –QUI PUERUM DONIS] in Florentino, *Qui donis puerum*.

(55) –FURTIVO IUVENEM LASSAVERIT USU] *Furtiva Venere*, quod supra <TIB. 1, 8, 57> dixit. in nonnullis autem libris etiam, **Laxaverit**. Sed illo modo etiam Ovid. in. III. Amor <OV. am. 3, 11, 13-14>

*Vidi ego cum foribus lassus prodiret amator,
Invalidum referens, emeritumque latus.*

Atque alibi, <OV. am. 3, 7, 79-80>

*Aut te traiectis Aeaea benefica ramis
Devovet, aut alio lassus amore venis.*

(57) SINT EXTERNA TUO SEMPER VESTIGIA LECTO] *Vestigia corporis* quae dicit Ovid. in. III. de Arte amandi <OV. ars 3, 721¹³⁴>, et Propert. in. II. <PROP. 2, 9, 45>

Nec domina ulla meo ponet vestigia lecto.

Et in. II. <PROP. 2, 29, 35-36>

*Apparent non ulla toro vestigia presso
Signa voluptatis, nec iacuisse duos.*

In omnibus fere libris, *Semper sint externa tuo.*

(58) -CUPIDIS] Amantibus. Idem alibi, <TIB. 2, 5, 54>

Et cupidi ad ripas arma relicta dei.

Et saepe sic alii.

(59-60) –DICATUR PLURA BIBISSE/ POCULA] idem alibi, <TIB. 1, 6, 27-28>

*<...> at ipse bibebam
Sobria supposita pocula vincta aqua.*

(60) –VEL PLURES EMERUISSE VIROS] in uno meo, et Vaticano, non *Vel*, sed *Quam*. Idque probandum etiam videtur.

¹³⁴ Reza el texto: *vidit ut oppressa vestigia corporis herba.*

(61) ILLAM SAEPE FERUNT] Placet, quod est in Florentino, **Ferant**, non, **Ferunt**.

(61) –CONVIVIA DUCERE BACCHO] *Producere*. In eodem genere Horat. in. III. Carm.<HOR. carm. 3, 21, 21-24>

*Te, Liber, et si laeta aderit Venus,
Segnesque nodum solvere Gratiae,
Vivaeque producent lucernae,
Dum rediens fugat astra Phoebus.*

(63) ILLA QUEAT NULLAM MELIUS CONSUMERE NOCTEM] Sic in uno meo. in ceteris, **Illa nulla queat**. Et quae sequuntur.

(64) ATQUE OPERUM VARIAS DISPOSISSE VICES] Totum hoc perobscaenum.

(65) –NEC TU STULTISSIME SENTIS] Catull. <CATVLL. 83, 3>

Mule nihil sentis <...>.

(67) TU NE PUTAS] In uno meo, atque in Sfortiae libro, **Putes**.

(68) AUT TENUES DENSO PECTERE DENTE COMAS] in Florentino, **Et tenues. Tenuis capillos** etiam dicit Manilius in. I. <MANIL. 1, 836>

Flamma comas imitata volat, tenuisque capillos.

In eodem genere Simonides <Semon. 7, 65-66>

*Aeildelcaithn ektenismehhn forei-
Baqeian ahqethoisin eškiasmehhn.*

(69) ISTA HAEC PERSUADET FACIES] Hoc, ut ea quae sequuntur membra, per interrogationem legitur. Est autem sensus, *Tuane ista facies persuadet haec, ut et lacertos auro vinciat*, et quae sequuntur. Nam, quod in verbo *Suasum* scribit Festus <FEST. 392¹³⁵>, huc videtur pertinere non posse.

(69-70) –AUROQUE LACERTOS/ VINCIAT] Armillis.

¹³⁵ Reza el texto: <...> *suasum vocari, quod quasi persuadetur in alium ex albo transire.*

(70) –ET TYRIO PRODEAT APTA SINU] Sic verbo Prodire est usus Horat. in. II. Carm.<HOR. carm. 2, 8, 6-8>

<...> -enitescis
*Pulchrior multo, iuvenumque prodis
Publica cura.*

Apta, tamquam vincta, collecto *sinu*. ornata. Verg. <VERG. Aen. 4, 482/ 6, 797>

Axem umero torquet, stellis ardentibus aptum.

(72) –DOMUMQUE TUAM] *oikian*, id est, gentem. Sic enim Arist. in Poetica loquitur, et Verg. <VERG. Aen. 9, 448-449>

*Dum domus Aeneae Capitoli immobile saxum
Accolet <...>.*

Catullus similiter <CATVLL. 79, 3>,

Sed tamen hic pulcher vendat cum gente Catullum.

(76) –VENEREM IUNGERE] Coire. vel matrimonio coniungi. Idem in. IIII. <TIB. 4, 12,
2¹³⁶>

Hoc primum iuncta est foedere nostra venus.

(80) ET GERET IN GREMIO REGNA SUPERBA TUO] in Sfortiae libro, *Et reget in regno regna*. Quod dictum sic, ut Gaudere gaudium, et eiusmodi multa. In duobus meis, *Et geret in regno bella superba tuo*. Quod non displicet.

(81) AT TUA TUM] in veteribus omnibus, *Dum*, non *Tum*.

(81) VENERIQUE MERENTI] in Vaticano, *Veneri ipsa merenti*.

¹³⁶ En ediciones actuales, TIB. III 19, 2.

(82) FIXA NOTET CASUS AUREA PALMA MEOS] unde pendeat, id quod sequitur.

(83) –RESOLUTUS AMORE TIBULLUS] Sic Martialis in. X. <MART. 10, 98, 1-2>

*Addat cum mihi caecubum minister
Idaeo resolutior cynaedo.*

Sic *Resolutum* videtur accepisse Columella in prooemio lib. I. <COLVM. 1>

Nam sic iuvenum corpora fluxa, et resoluta sunt, ut nihil mors mutatura videatur.

(84) DEDICAT] eodem verbo, et eodem paene in genere Ovid. in. I. Amor. <OV. am. 1, 11, 27-28>

*Subscribam Veneri fidas tibi Naso tabellas
Dedicat: at nuper vile fuistis acer.*

ELEGIA DECIMA

(1) –HORRENDO PRIMUS QUI PROTULIT ENSES] *Proferre*, novitatem significat. quo verbo sic Horatius <HOR. ars 135¹³⁷/ carm. 4, 8, 6¹³⁸ y sat. 1, 8, 22¹³⁹>, aliquie utuntur.

(2) QUAM FERUS, ET VERE FERREUS ILLE FUIT] Aratus, in Sententiis Graecorum in eandem sententiam <Arat. I, 130>:

*Xal keih gene\$=prote\$wn oj o%teroij ah drej
Oj(prwton kako ergoh exal keu santo makairan
Ejhodihh prwtoi delbown epa\$ant' a\$roth\$wn.*

Idem Tibullus in. III. similiter <TIB. 3, 2, 1-2>

*Qui primus caram iuveni, carumque puellae
Eripuit iuvenem, ferreus ille fuit.*

(3) TUNC CAEDES HOMINUM GENERI, TUNC PROELIA] in scriptis libris, utrobique *Tum*, non *Tunc*.

(4) –DIRAE MORTIS] in Sfortiae libro, *Durae mortis*.

(6) –IN SAEVAS QUOD DEDIT ILLE FERAS.] Seneca in. XIII. epist. in eandem sententiam <SEN. epist. 90, 41>

*Arma cessabant, incruenta que humano sanguine manus odium omne in feras
verterant.*

(9) NON ARCES, NON VALLUS ERAT] Legendum forte, *Non acies*. Idem enim ante <TIB. 1, 3, 47>

Non acies, non ira fuit, non bella, nec enses.

Vallum neutro genere fiebat *ex vallis*. Propert. in. IV. <PROP. 4, 3, 19-20>

*Occidat inmerita qui carpsit ab arbore vallum,
Et struxit querulas rauca per aera tubas.*

¹³⁷ Reza el texto: *unde pedem proferre pudor vetet aut operis lex*.

¹³⁸ Es el texto: *quas aut Parrhasius protulit aut Scopas*.

¹³⁹ Dice: *protulit os, quin ossa legant herbasque nocentis*.

(12) –NEC AUDISSEM CORDE TREMENTE TUBAM] in veteribus omnibus, *Corde micante*. idest, saliente, trepidante. Caussam adfert in Problematis Aristoteles. Plaut. in Cistell. <PLAVT. Cist. 551-552>

*Ph. Extimuit tum illam.
Me. Iam horret corpus, cor salit.*

Ovid. in. III. de Arte amandi lectionem veterum librorum videtur confirmare <OV. ars 3, 721-722>

*Vidit ut oppressam, vestigia corporis, herbam,
Pulsantur trepidi corde micante sinus.*

(15) –ALUISTIS ET IIDEM] Scribendum, *Idem*, per simplex I. ut in veteribus monumentis, et in Sfortiae libro.

(17) NEU PUDEAT PRISCO VOS ESSE E STIPITE FACTOS] in Vaticano, nonnullisque aliis, *Nec pudeat*. E ligneo autem veteres Deos faciebant. Ovid. in Metam. <OV. met. 10, 693-694>

<...> -*quo multa sacerdos
Lignea contulerat veterum simulacra deorum.*

Quem morem etiam significat Asconius Pedianus, in Divin. <PS. ASCON. div. in Cae. p. 101>:

Sunt etiam, inquit, qui Delubra ligna delibrata, idest, decorticata, pro simulacris deorum more veterum posita existiment: sed male.

(18) SIC VETERIS] in scriptis omnibus, *Veteres*. ut vel avi veteres, vel sedes dicantur. In Sfortiae libro legebatur, *Sic veteres aedes incoluistis avi*. Ut avorum aedes etiam ligneas fuisse significet. Interpres Apollonii in I. <Schol. in A. R. 22, 14>:

Kala del talxula. Xul ihaij gar exrwato tol pal aioh ojkiwij, I iqwn mhdepwj epi nohqehtwn.

(19) TUNC MELIUS TENUERE FIDEM] Vaticanus liber illam etiam lectionem praeseferebat, *Sic melius tenuere fidem*.

(21) HIC PLACATUS ERAT, SI QUIS LIBAVERAT UVAM] Porphyr. in II <Porph. 2, 20, 7>
Peril apoxhj twa eñyuxwa. de Theophrasti sententia sacrificia vilibus rebus, et
inemptis fieri solita declarat <Thphr. Fr. 10, 6>

*Dial pol i wa del of Qeofrastoj twa par' ekastoij patriwn epideikaj oti tol
palaioh twa quasiwn dial twa kartwa h̄j ej' eipwh proteron thj poaj
Iambanomehhj kail tal twa spondwa eñghatai tou= ton tol trapon, et quae
sequuntur.*

Versus autem adducit e Polyedo Sophoclis, aptissimos huic loco <S. Fr. 398, 1-5>

*H' n meh gar oibj mall of, hh d' aþpel ou=
Spondhte raþeuþteqhsaurismehh=
Enha delpagkarpeia summeghj of aij
Lipoj t' ej aiþaj kail tolpoikh! wtaton
Couqij mel ibsouj khroþlaston oðganon.*

(23) ATQUE ALIQUIS VOTI COMPOS] in Vaticano, aliisque nonnullis, **Compos voti.**

(23) –LIBA IPSA FEREBAT] legendum puto, **Ipse**, non **Ipsa**.

(25) AT NOBIS AERATA LARES DEPELLITE TELA] Dixit ante <TIB. 1, 10, 15>

Sed patrii servate lares <...>

(26) HOSTIAQUE E PLENA RUSTICA PORCUS HARA] **aþakol ougon** videtur. Sed erat tamen
hoc modo in omnibus libris. nisi donaria ipsa atque hostias, tamquam numina etiam
advocarent. cuius rei quaerendum exemplum. Quod autem hoc loco quidam non
Rustica, sed **Mystica** legunt. contra fidem omnino est omnium scriptorum librorum. Sic
Plautus in Mostellaria *Rusticum hircum* prope dicere videtur <PLAVT. Cist. 40>:

Germana inluyies, rusticus hircus, hara suis.

Ovid. qui nonnihil imitatus fortasse videatur, in. III. Amor. <OV. am. 3, 13, 16>

Et minor ex humili victima porcus hara.

(27) HUNC PURA CUM VESTE SEQUAR] legendum, ut in omnibus veteribus libris, **Hanc**.

(28) VINCTA GERAM] in Sfortiae libro, **Vda geram**.

(30) –MARTE FAVENTE] Secundo. Verg. in. XI. <VERG. Aen. 11, 899-900>

*Ingruere adversos hostes, et Marte secundo
Omnia corripuisse- <...>.*

Et Lucan. in. IX. <LVC. 9, 596>

Maiorum fortuna fuit, quis Marte secundo.

Contrarium, Adverso. Verg. in. XII. <VERG. Aen. 12, 1>

Turnus ut infractos adverso Marte Latinos.

Et Ovid. in I Fast. <OV. fast. 1, 60>

Marte sub adverso tristia damna tulit.

(31) VT MIHI POTANTI] in Vaticano, ac nonnullis aliis, non **Potanti**, Sed **Pacanti**. An pace fruenti. Sed quaerendum etiam exemplum.

(35) NON SEGES EST INFRA] **Infra**: apud inferos. Vt et Graeci **Talkatw**, et **Talneqe**. Sophocles in Antigone <S. Ant. 542>

Wn toutgon aῆhj, k' oi/katw xuništorej.

Et Euripides, in Sententiis Graecorum <E. Heracl. 592-593>:

*<...> ei)ti dhikatw xqonoj,
eijh ge mehtoi mhdeh <...>.*

Et idem Eurip. <E. Alc. 875>

Tolneħġen' oudeh <...>

Et in. III. Epigramm. <Call. Epigr. 13, 3>

W-żxarilla ti/talneħżeq, pol u skotoj <...>

(36) –ET STYGIAE NAVITA PUPPIS AQUAE] Sic in iis, quos vidi, libris. Sunt, qui in veteri libro fuisse adfirment, *Navita turpis*.

(37) ILLIC PERCUSSISQUE GENIS, USTOQUE CAPILLO] in Florentino, *Illic percussisque genis, ruptoque capillo*.

(39) QUAM POTIUS LAUDANDUS HIC EST] Sic in plerisque. Vt sit Creticus, quo nonnumquam Vergilius, atque alii sunt usi hoc ipso in genere <VERG. Aen. 6, 791>

Hic vir hic est <...>.

In Sfortiae libro, *Quam potius laudandus et est*. In aliis, *Laudandus et hic*.

(39) –QUEM PROLE PARATA] Idem in. II. <TIB. 2, 4, 1>

Sic mihi servitium video, dominamque paratam.

(40) OCCUPAT IN PARVA PIGRA SENECTA CASA] *Occupat, Katal ambahei*. Sic enim Homeri interpres in illud <Hom. Il. 1, 29> <...> **prih men ghraj ebeisi. Tolghraj**, inquit, **katal abh**. Et Horat. <HOR. epist. 1, 20, 17-18>

<...> *-ut pueros elementa docentem
Occupet extremis in vicis balba senectus.*

Terent. in Andria, <TERENT. Andr. 297>

<...> *mors continuo ipsam occupat.*

Et Colum. in prooemio lib. I. <COLVM. 1, 16>

Vereor ne supremus ante me dies occupet, quam universam disciplinam ruris possim cognoscere.

(41) IPSE SUAS SECTATUR OVES: AT FILIUS AGNOS] filioli enim agnos haedosque sectabantur. quod indicat apud Stobaeum Callimachus¹⁴⁰ <Stob. 4, 24, 46, 2-3>:

**A ḫnej toi file koure oñhvl ikej, aħdrex etairoi
eškon eħħruqmoi daudal ia kailbotahh.**

Statim illa eiusdem <Stob. 4, 24, 47, 3>,

**Feideu twa ajnwa, feideu luke twa eżiżwnej
Mħd' aħlikhji m' i mikroj eż-żebi pol l-oisini oħmartew.**

(42) ET CALIDAM FESSO COMPARAT UXOR AQUAM] Similiter Horat. in. V. Carm.¹⁴¹ <HOR. epod. 2, 39-42>

**Sabina qualis, aut perusta solibus
Pernicis uxor Appuli,
Sacrum vetustis exstruit lignis focum
Lassi sub adventum viri.**

(44) TEMPORIS ET PRISCI FACTA REFERRE SENEM.] Xenophon in II. Comm. <X. Mem. 2, 1, 33, 7-8>

**Oj del gerajteroi, taij twa nelwnej tihaij aġallontai, kail mhdejnej meħv
twa pal aiwn prakewn meħnħntai.**

(45) INTEREA PAX ARVA COLAT] Pacem etiam sic dilaudat Euripides in Bacchidibus, opum, ac subolis parentem <E. Ba. 419-420>

**Fil ei= d' oj biodoteiran ei)
Rħhan kourrotrofon qeħa**

Et Theocritus¹⁴² <Hes. Op. 228>

Ejrhħi d' aħha għiex koutrofij <...>

¹⁴⁰ Calímaco, *Aet. Fr.* 27, 1-2.

¹⁴¹ Nuevamente hay una divergencia en la localización de un libro, sin duda debido a las ediciones manejadas: hoy este lugar citado (libro V de *Odas*) se conoce como *Epodos*.

¹⁴² Como indicamos, no se trata de una cita de Teócrito, sino de *Trabajos y Días* de Hesíodo.

Et Bacchylides¹⁴³, apud Stobaeum, <Stob. 4, 14, 3, 2-3>

**Tiktei delqnatois in ei\rhha megal a
Plouton.**

Et quae sequuntur.

(45) –PAX CANDIDA] Candidam quoque dixit Ovidius in. III. de Arte amandi <OV. ars 3, 502>

Candida pax homines, trux decet ira feras.

(46) DUXIT ARATUROS SUB IUGA CURVA BOVES] in Florentino, non *Curva*, sed *Panda*. *Araturos* autem dixit, quos ob id Graeci poetae dicunt *a\rrothraj*.

(47) –ET SUCOS CONDIDIT UVAE] *Sucos uvae condidit*: in posterum scilicet, neque enim fructus omnes, omnesque suci, condi possunt.

(49) PACE BIDENS, VOMERQUE VIGENT] *Pace*: pacis tempore. Ovid. in. II. de remedio amoris <OV. rem. 669>

Tutius est, aptumque magis, discedere pace.

Et Propert. in. III. <PROP. 3, 1, 17>

Sed, quod pace legas, opus hoc de monte sororum.

(49-50) –AT TRISTIA DURI/ MILITIS IN TENEBRIS OCCUPAT ARMA SITUS] in eandem sententiam Bacchylides¹⁴⁴, apud Stobaeum, de pace <Stob. 4, 14, 3, 9-13>:

**En delsidarodetoisi
po\rpacin ai\rheia a\raknan Isoipelontai
e\rghxeal te logxwta\ci feal' a\rmfakea
eujrw;" davmnatai
xal kelvn.**

et quae sequuntur.

¹⁴³ Baquílides, *Paeanes* 1, 61-62.

¹⁴⁴ Baquílides, *Paeanes* 1, 69-75.

(51) –E LUCOQUE VEHIT MALE SOBRIUS] **Male sobrius**: ebrius. Ovid. in. VI. Fast. <OV. fast. 6, 785>

Ecce suburbana rediens male sobrius aede.

(54) -PERFRACTAS] in quibusdam libris, **Confractas**.

(56) –TAM VALUISSE] in Sfortiae libro, **Evaluisse**, in Florentino, **Convaluisse**.

(58) INTER ET IRATUM LENTUS UTRUMQUE SEDET] Ovid. in eandem sententiam, in. II. de rem. amoris <OV. rem. 661-662>

*Saepe reas faciunt, et amant, ubi nulla simultas
Incidit, admonitu liber oberrat amor.*

Menander brevem omnino amantium iram esse significat <Mem. Mon. 797, 1>

Orghl fil ouatwn oj ugon ijsxuei xrohon.

(59) A LAPIS EST] in Sfortiae libro, **At lapis est**. Interiectio vero ipsa sine aspiratione scribi debet.

(60) –E CAELO DIRIPIT ILLE DEOS] in Sfortiae libro, et Vaticano, non **E**, sed **Et. -Diripit**: in aliis, **Deripit**.

(62) SIT SATIS, ORNATAS DISSOLUISSE COMAS] in Vaticano, et Florentino, ac duobus, **Sit satis, ornatus dissoluisse comae**. In aliis, **Ornatus dissoluisse comis**.

(67) AT NOBIS PAX ALMA VENI, SPICAMQUE TENETO] Paci **Spicam** tribuit, quia, ut ait Ovid. in. IIII. Fast. <OV. fast. 4, 407-408>

*Pace Ceres laeta est, et vos orate coloni
Perpetuam pacem, pacificumque ducem.*

Pacem quoque cum Cerere coniunxit auctor hymni in Cererem <Orph. H. 40, 3-4>:

*Pl outodoteira qealstaxuotrofe, pantodoteira
eijhhxaitousa, kai lejgasibaij pol umokqoij.*

Ac post <Orph. H. 40, 18-20>:

***Hi qe makair', aȝnhi karpoiȝ briȝousa qereibij
eijrh̄hn kataȝousa kai leuȝomih̄n eȝateinhh,
kailpl outon pol ubl bon, oȝmouȝ' uȝiȝian aȝassan.***

Quo in hymno multa praeterea sunt, huic apta loco. Germanicus in Arataeis versibus, ubi de virgine, id est, Astrea <GERM. 97>

Fulget spica manu, maturisque ardet aristis.

(68) PERFLUAT ET POMIS CANDIDUS ANTE SINUS] Quamobrem etiam dicitur <Orph. H. 40, 18> <...> ***Karpoiȝ briȝousa qereibij.*** In Florentino autem, ac nonnullis aliis, est, ***Profluat.*** In Vaticano, et quibusdam aliis, ***Praefluat. Profluat pomis,*** abundet, poma fundat. ***Fluere*** autem et ***Sinus*** dicuntur. Quintilian. in. XI. <QVINT. inst. 11, 3, 140>

Sinus decentissimus, si aliquando supra imam togam fuerit. numquam certe sit inferior, ille qui sub umero dextro ad sinistrum oblique ducitur velut balteus, nec strangulet, nec fluat.

In veteribus autem numismatis imperatorum Rom. Pacis effigies fere cum cornucopia.